



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter Supplementum Formularum Fori extrajudicialis, accesserunt  
quamplures Formulæ Fori contentiosi, necnon nonnullæ litteræ Pastorales  
non minùs utiles, quàm necessariæ gubernium Ecclesiasticum  
assumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, sacræ paginæ  
oraculis, & Sacr. ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1707**

Titulus XV. De rebus, & actibus judicialibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62423)



# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM

Fori Ecclesiastici.

## TITULUS XV.

De rebus, & actibus judicialibus.

Præsentationis Clerici ad Beneficium  
Jurispatronatus.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

- 1 **P**ræsentatio ad Beneficium jurispatronatus potest fieri per Procuratorem.  
Procurator ad præsentandum nec se ipsum nec Patronum constituentem præsentare potest.  
Gravatus erigere Beneficium jurispatronatus, non potest se ipsum nominare.  
Filius pro Patre, & Pater pro filio Patrono, vel alia conjuncta persona potest validè sine mandato præsentare.
- 2 Concilium Trident. in acquirendo juspatronatus sustulit titulum privilegiatum.  
Ad acquirendum juspatronatus in præsentando Rectore non sufficit Ecclesiæ constitutio, & dotatio, sed Monacelli Form. Pars II.

requiritur consensus Episcopi.  
Consensus Episcopi post lapsum longi temporis juncta observantia præsumitur intervenisse.

- 3 Juspatronatus acquiritur per reedificationem Ecclesiæ, vel fundi præstationem.

Restauratio Ecclesiæ, vel Dotis augmentum, non præbet justum titulum.

- 4 Juspatronatus probatur ex multiplicitate præsentationum, quæ habuerunt effectum.

Juspatronatus in personis in quibus cadit præsumptio usurpationis non probatur præsumptio cadit in Domino feudi etiam si habeat condominos.

Et in persona potenti.

- 6 Beneficia juspatronatus non acquirunt libertatem per non usum seu negligentiam Patronorum.

Provisiones Papæ, & Ordinariorum non mutant statum Beneficii, nisi concurrant actus positivi contrarii servituti.

N 7 Pa-

- 7 Patroni laici habent terminum à jure quatuor mensum, & Ecclesiastici sex ad presentandum a die scientiae verae, & non fictae.
- 8 Presentatio est annexa Spiritualitati, & in ea cadere potest simonia.  
Qui dat aliquid temporale ei, qui est causa collationis Beneficii committit simoniam.
- 9 Presentatio est fructus juris patronatus, & ideo haeres usufructuarius, & non proprietarius habet jus praesentandi.  
Patronus in subsidium tenetur Ecclesiam reficere, & reparare.  
Patronus egenus potest petere alimenta ab Ecclesia si est dives, & ipse non habet aliunde, & est ex descendencia Fundatoris.
- 10 Jus praesentandi non extantibus masculis transit ad feminas quando expressè non sunt exclusae.  
Jus praesentandi transit in Monasterium si Patronus fiat Religiosus.  
Illegitimus est incapax juris praesentandi activi, nisi expressè vocetur.
- 11 Patronus, qui non potest se ipsum praesentare potest praesentationi de se factae ab aliis Patronis adhaerere, & consentire.  
Patronus, qui non potest se ipsum praesentare, potest supplicare, & Ordinarius per viam gratificationis illum admittere, non tamen ex debito, nec quando non est unicuique.
- 12 Praesentatio quae competit vigore turni, non dicitur consumpta in primo praesentato, quando institutio non habuit effectum.  
Patronus laicus potest plures praesentare cumulativè ante institutionem Episcopi.  
Patronus Ecclesiasticus nec cumulativè potest variare.
- 13 Laicus non potest praesentari ad Beneficium nec Clericus conjugatus.  
Clericus illegitimus non potest praesentari ad Beneficium juris patronatus Patris Presbyteri.
- Praesentandus debet esse habilis, & idoneus.  
Beneficium erectum cum conditione, quod praesentandus non teneatur recitare Divinum Officium potest conferri Clerico majori septennio.
- 14 Clerici, qui non habent aetatem ad suscipiendos Ordines Sacros praesentari non possunt ad Praebendam Canonicaem in Cathedrali.  
Clericus, qui non habet aetatem praescriptam à Concilio non debet admitti ad concursum, sicut nec laicus.  
Praesentatio extranei nulla est, quando est praesentandus Clericus de parentela, qui potest petere ut sibi Beneficium conferatur, & tunc Ordinarius conferens jure deculuto tenetur servare legem fundationis.
- 15 Civium appellatione veniunt naturales, & originarii, non autem assumpti.  
Civium appellatione veniunt hi tantum qui nati sunt in Civitate, suburbis, vicis, & districtu.
- 16 Cives ex privilegio possunt praesentari de Beneficiis quae conferri debent Civibus, & ad illa praesentari.
- 17 Cappellania an, & quando dicatur Sacerdotalis habitu vel actu differatur, & num. 18.  
Patronus ignorans qualitates fundationis, potest à prima praesentatione non idonei recedere, & idoneum intra terminum praesentare.
- 19 Praesentatio potest fieri de clerico qui possidet aliud Beneficium simplex, dummodo simul juncta non sint sufficientia ad congruam praesentationem.  
Possidens Beneficium sufficiens ad congruam substitutionem, si praesentetur, & instituat ad aliud jus patronatus, & utrumque retinet sine dispensatione, utrumque tamen jure vacat.
- 20 Praesentatus ad Parochialem, si non est idoneus ad confessiones audiendas non est admittendus.



vacare contingat ) Rectore , liberè , & spontè præsentavit , & nominavit , præsentat , & nominat Clericum N. habilem , & idoneum præsentem , & acceptantem quem instetit , & instat , per Illustrissimum , & Reverendissimum D. Episcopum , sive Reverendissimum D. Vicarium Generalem , in Rectorem prædicti Beneficii vacantis admitti , institui , & immitti in realem possessionem , & de eo provideri cum oneribus , honoribus , fructibus , emolumentis , ac juribus solitis universis , & omni &c.

Ego N. Patronus ( sive N. Procurator ) præsentò , ac in isto me supra ,

Die , mense , & anno supradictis , facta , & exhibita fuit in actis præsens præsentatio per supradictum N. præsentibus N. & N. Testibus &c.

Ita est N. Cancellarius.

#### ADNOTATIONES.

1. **COMPARUIT PERSONALITER** . Patronus non solum per se ipsum personaliter potest præsentare ; sed etiam per Procuratorem ad id specialiter deputatum Vivian. *de jur. patron. lib. 5. cap. 6. num. 2. & 3.* qui tamen debet infra tempus datum ad præsentandum præsentare , & mandatum realiter exhibere , alias præsentatio non valet Vivian. *ubi supra lib. 7. cap. 5. num. 1. & seqq.* Verum est tamen , quod non potest , nec Patronum constituentem , nec se ipsum præsentare , ut per *decis. Verall. 397. part. 2.* & alias auctoritates probat idem Vivian. *ubi supra lib. 6. cap. 9. num. 17. & tribus seqq.* ubi reprobatur Ricc. *in prax. for. Eccles. resol. 197.* contrarium sentientem . Et hoc amplius in hærede , & executore , qui Beneficium Ecclesiasticum debet erigere cum reservatione juris patronatus : nam hic non poterit se ipsum in primum Rectorem nominare *Sac. Congreg. Concilii in Amerina 6. Junii 1705.* Item filius pro Patre Patrono Pater pro filio , & alia conjuncta persona potest validè sine mandato præsentare , *Garc. de benef. addit. ad 5. part. capit. 9. num. 198. & trib. seqq.* Vivian. *lib. 5. capit. 3. num. 9. & 10.* ubi quod tunc debeat fieri præsentatio

cum promissione de rato.

2. **ERECTUM , ET FUNDATUM** . Quia *Concil. Trid. sess. 25. c. 9. de refor.* fustulit titulum privilegiativum , & exigit , quod Jus patronatus acquiratur et fundatione , dotatione , vel alias juxta feris dispositionem idè in præsentatione exprimitur hæc qualitas , ut illicò appareat de illius justitia .

At ad acquisitionem juris præsentandi Rectorem non sufficit sola Ecclesie , sed Beneficii constructio , & dotatio : sed necessariò requiritur auctoritas , & consensus Ordinarii , qui perficit Beneficii erectionem ut alibi dixi : donec enim iste consensus desideretur , non dicitur Beneficium , sed pia donatio , aut pium opus *Barb. de offic. Episc. alleg. 70. à n. 20. ad 57.* *Rot. decis. 517. nu. 3. par. 1. recentior.* Si tamen de eo non constaret per scripturam , post lapsum longi temporis idèst 30. annorum præsumitur intercessisse , accedente observantia subsequuta post erectionem *Rot. coram Seraph. decis. 817. n. 3. & post Vivian. de jure patr. dec. 6. num. 4. & coram Cerr. dec. 499. num. 2. 3. & 4.*

3. Acquiratur etiam jus patronatus per reedificationem Ecclesie , vel præstationem fundi pro illius constructione *Gloss. in cap. quoniam verb. fundatores de jure patr. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 18. num. 59.* *Garc.*

Garc. de benef. part. 3. cap. 9. num. 127. Gratian. disceptat. 177. num. 27. Rot. coram Coccin. decis. 106. num. 6. & 7. & decis. 96. num. 26. & 28. part. 13. recent. Non tamen pro restauratione, five Dotis augmento; quia diceretur ditatio, & non præberet justum titulum; ut sæpè respondit Rot. & præsertim coram Duran. decis. 285. num. 36. & coram Bich. dec. 162. n. 4. & coram Ninot. decis. 39. n. 16. & decis. 73. num. 5. ubi hæc habet -- Nec est potens probare concessionem juspatronatus &c. cum opus sit, ut demonstretur Ecclesiam fuisse funditus collapsam, & de pauperatam, adeo ut vel nova consecratione, & redotatione indigeret, vel saltem, quod Dos auclta fuerit ad summam excedentem medietatem, & coram Cer. decis. 526. num. 3. & 4.

4. **LEGITIMÆ, ET PACIFICÆ POSSESSIONIS.** Si de Patronatu aliunde non constaret, quam per multiplicatas præcedentes præsentationes effectuatæ, hoc sufficeret non solum pro manutentione, donec clarè ex fundatione constaret de Beneficii anteriori libertate; sed ad probandum juspatronatus ex fundatione, vel dotatione in petitorio dummodò essent plures, & antiquæ, & non agatur de personis in quibus cadit usurpationis præsumptio (quæ scripturis, & non præsumptionibus tenentur probare juspatronatus, ut dicit Ricc. collect. 1589. & respondit Sacra Congregatio Concilii in Calaguritana 13. Septembris 1631. lib. 14. pag. 502.) nam in beneficiorum provisione attenditur ultimus status, eo quia Ordinariorum institutiones cum expressione qualitatis juspatronatus multum ponderat, Rot. coram Seraphin. decis. 1141. num. 8. & 9. & coram Merlin. decis. 45. numer. 2. & decis. 349. numer. 3. & 4. & in puncto coram Burat. decis. 172. num. 24. & 25. Rot. in Bononien. Parochialis 12. Januarii 1682. §. Unde coram Albergato.

5. Usurpationis autem præsumptio cadit in Domino feudi, licet habeat plures Condominos, qui habeant æqualem partem jurisdictionis dependentis à Principe, & alternativè jus Monacelli Form. Pars II.

jurisdictionem exerceat, ut respondit Sac. Congregat. Concilii 16. Martii 1641. Rice. in prax. par. 1. resolut. 143. num. 1. Vivian. de jurepatr. part. 2. lib. 11. cap. 5. num. 90. Rot. coram Coccin. decis. 1278. num. 5. imò usurpatio præsumitur ex potentia, etiamsi non sit conjuncta cum jurisdictione Corrad. prax. benef. lib. 4. cap. 4. num. 44. Rot. dict. decis. 1278. num. 6. coram Coccino.

6. Quando autem de erectione, & fundatione non dubitatur: quia per publicas scripturas constat: tunc Patronus possit præsentare, quamvis sui Antecessores non præsentassent, & suo jure uti neglexissent. Nam Beneficia juspatronatus non acquirunt libertatem per non usum, seu negligentiam Patrononum, sed insimul exigitur voluntas, & potestas conferentis, ut dixit Rota coram Coccino decis. 652. num. 2. & coram Dunozzett. Senior. decis. 265. num. 3. provisiones enim Papæ, & Ordinariorum non mutant Statum Beneficii Rota coram Cerro decis. 445. num. 19. & 20. & decis. 623. num. 14. 15. & 16. Add. ad Gregor. decis. 434. nu. 20. nisi simul concurrant actus positivi contrarii servituti: puta quia Patroni voluerint præsentare, & fuerint rejecli, vel adfit præscriptio libertatis; ad quem effectum duo copulativè requiruntur, nempe: & quod collatio fiat à legitimo Collatore scienter de Beneficio Juspatronatus tanquam de libero, vel de Regulari, tanquam Sæculari: & quod intercedat cursus quadraginta annorum: cæterum solæ provisiones cum derogatione juspatronatus potius præservant, quam illud tollant: immò excludunt intentionem acquendi libertatem, ut bene hæc omnia examinandò firmat Rot. coram Coccin. decis. 1260. à num. 19. usque ad fin. & probant aliæ mox allegatæ decisiones.

7. **IN TERTIO A JURE CONCESSO.** Patronis laicis de jure dantur quatuor menses ad præsentandum cap. quoniam, & cap. cum propter de jure patr. Ecclesiasticis verò lex, cap. unico §. verum de jurepatr. in 6. qui terminus incipit currere à die scientiæ, & notitiæ veræ, & non fictæ, five præsumptæ

vacationis Rot. coram Coccin. decis. 1279. num. 24. & 25. adeo ut si unus ex pluribus Patronis vacationem ignorans, præsentaret post tempus datum ad præsentandum, sustineretur præsentatio, quamvis alii Compatroni vacationem scientes non præsentassent in tempore; quia scientia unius alteri non nocet. Vivian. de jurepatr. l. 5. c. 2. n. 22. Rot. d. dec. 1279. num. 28. cor. Coccin.

8. **LIBERE, ET SPONTE PRÆSENTAVIT.** Idest absque ulla illicita pactione: cum enim præsentatio sit quid spirituale, seu spiritualitati annexum, & de ea judicetur prout de re spirituali, & magis in ea committatur simonia, quam si juspatronatus venderetur, ut inquit Sperell. decis. 180. n. 43. ideo per hanc clausulam admonentur præsentantes, ut à pactionibus, & promissionibus abstineant, & libere juxta canonicas sanctiones utantur hoc jure. Etenim ad incurrendam Simoniam parsa sunt dare aliquid Collatori Beneficii, qui transfert jus spirituale; vel dare alicui, qui sit causa collationis, ut docet Navar. consil. part. 2. de Sim. consil. 61. num. 2.

9. Præsentatio dicitur fructus Jurispatronatus, ideoque Usufructuario omnium bonorum competit jus præsentandi, & non hæredi proprietario Ricc. decis. 23. num. 1. part. 1. Pac. Jordan. elucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 7. num. 129. Garc. de Benef. par. 5. cap. 9. n. 21. & Patronus in subsidium tenetur Ecclesiam Jurispatronatus reficere, & reparare Sperell. decis. 67. num. 10. Panimoll. decis. 15. annot. 1. num. 35. & seqq. aliàs privari potest suo jure. At è converso si Ecclesia esset dives, & Patronus egenus, illum teneretur alere: dummodo tamen aliud non valeret sibi providere de alimentis; fructus Beneficii deductis oneribus, & expensis essent superabundantes, & ipse Patronus esset ex descendencia fundatoris: hæc enim omnia debent concurrere, ut tradunt Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 5. n. 4. & seqq. Vivian. de jure patr. lib. 1. par. 1. cap. 2. num. 20.

10. Jus præsentandi deficientibus masculis, transit etiam ad fœminas, quoties non sint specialiter exclusæ: quia de

sui natura, & regulariter est transitorium ad quoscumque hæredes, & successores juxta decis. 365. num. 3. & n. 378. n. 1. Seraph. imò, & in Monasterium, quando Patronus per professionem expressam efficeretur Religiosus: nisi esset juspatronatus gentilitium, seu personale, quod extingueretur extincta persona Ricc. prax. rev. for. Eccles. part. 1. resol. 208. per totam quem sequitur Vivian. de jurepatr. lib. 3. cap. 2. num. 61. & seqq. Non tamen illegitimum, quia non est capax juris præsentandi activi, etiamsi esset legitimarius rescripto Principis Sacr. Congregat. Concil. in Mutinen. 8. Maii 1683. ad 2. lib. 33. fol. 230. nisi in casu, quòd essent vocati etiam naturales.

11. Licet Patronus non posset se ipsum præsentare, neque ad se ipsum præsentandum Procuratorem constituere quantumcumque idoneus sit, & meritis adjuvetur, quia ambitionis molimina non sunt fovenda cap. cum in jure de elect. attamen quotiescumque præsentatur ab aliis Patronis, tunc præsentationi de se factæ poterit consentire, non quidem æque principaliter semetipsum præsentando (quod ambitionis nota non careret) sed voto votis adhærendo, & assensum præstando Rota coram Buratt. decis. 316. num. 4. & coram Merlin. decis. 733. num. 5. Vel etiamsi Patronus procedat per viam deprecationis, & supplicationis; tunc enim posset Ordinarius per viam gratificationis illum admittere, ut dicit Add. ad dict. decis. 316. Buratt. num. 19. non tamen ex debito Rota. decis. 151. num. 33. post Vivian. de jurepatr. Ciarlin. contr. for. capit. 69. num. 17. & seqq. & præsertim quando non est unicus, qui supplicat pro se ipso: sed adest Compatronus, qui alium præsentavit: nam tunc non intraret gratificatio in præjudicium Compatroni, & alterius præsentati; ut adretit Cardin. de Luc. de jurepatr. dist. 31. num. 13.

12. Præsentatio quando competit vigore turni, non dicitur consumpta in primo præsentato, si hic post acceptatam præsentationem renunciavit, vel aliàs institutio effectum non habuit, ut respondit Sacra Congregatio Concilii in Bolog. num.

nien. 10. Aprilis 1680. seu 1683. Variatio autem in Patronis laicis admittitur cumulativè, idest unum, vel duos præsentando *cap. quod autem de jure patr.* non tamen à prima præsentatione recedendo: si enim recedunt nihil agunt, & non valet secunda præsentatio *Ricc. de cis. 109. num. 3. part. 3. Tondut. quæst. benef. tom. 2. part. 3. cap. 172. num. 10.* imò nec valet cumulativè præsentare post institutionem Episcopi, quia res non est amplius integra, *Tondut. Addit. ad cap. 118. part. 1. num. 62.* Patroni verò Ecclesiastici, nec cumulativè variare possunt, quia eorum præsentatio habet vim electionis, in qua non cadit variatio, *Vivian. de jure patr. lib. 10. capit. 1. num. 3.*

**13. CLERICUM N. HABILEM ET IDONEUM.** Præsentandus debet esse Clericus, cum de laico præsentatio fieri non possit, *Ricc. in prax. resol. 151. num. 1. part. 1.* ubi dicit quod possit tantum nominari, dummodò antequam præsentetur efficiatur Clericus *Garc. de benefic. part. 7. cap. 1. num. 32. & 33. Barbof. de offic. Episc. alleg. 72. num. 73.* Et idem procedit in Clerico conjugato, qui cum sit incapax Beneficii præsentari non valet *Vivian. de jure patr. lib. 6. cap. 7. num. 19.* nec non in Clerico illegitimo, qui non poterit præsentari ad Beneficium juri patronatus Patris Presbyteri, ut respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Legionen. 28. Februarii 1673. lib. 18. fol. 583.* Idem debet esse idoneus *Concil. Trident. sess. 7. cap. 3. & cap. 13. de Reformation.* Et si Beneficium est Curatum specialiter attenditur idoneitas, ætas, mores, & doctrina, prudentia &c. juxta *Concil. Trident. dispositionem in cap. 18. sess. 24. de reform.* Nam quælibet reservatio quantumvis generalis, recipit interpretationem de habilibus: Unde si in fundatione Beneficii cautum sit, quod conferri debeat Agnatis fundatoris, vel Civibus loci, debet intelligi quatenus sint idonei *Vivian. de jure patr. part. 1. lib. 2. cap. 8. num. 4. & seqq.* Et si fundator dicat, quod possint præsentari simplices Clerici, non possunt præsentari, qui sunt minores quatuordecim annis, quia post *Concil. Trident. ad Beneficia non sunt*

idonei *cap. 6. sess. 23. de reform. Sac. Congregat. Concilii in Mutinen. 6. & 19. Junii 1682.* Et si disponderet, quod præsentandus exanimi subjacere non debeat, conditio hujusmodi est intelligenda, quatenus Episcopo constet esse idoneum, ut respondit *Sacr. Congregatio Concilii in Sarsinaten. 27. Nov. 1649. lib. 19. pag. 9.* Si autem Beneficium esset erectum sub conditione, quod præsentandus non teneatur recitare Officium Divinum, sed Officium B. M. V. seu illius Coronam, quod tunc possit conferri Clerico majori septennio non obstante Concilii dispositione, tenet *Mendo verb. Cappellania,* quem refert, & sequitur *P. Felix. Potest. Panorm. in Exam. Ecclesiast. n. 1272. tom. 1.*

**14.** Item si ageretur de Præbenda Canonicali in Cathedrali non posset à Patrono præsentari Clericus **14.** annorum & si fieret præsentatio non sustineretur, nec esset admittenda, nam illam in Cathedralibus, qui ad suscipiendos ordines sacros apti non sunt propter defectum ætatis, idonei non reputantur ut declaravit *Sacr. Congr. Concilii in Grossetana 31. Maii 1704.* Sicuti in concursu non est admittendus, qui non habet ætatem præscriptam à Concilio pro Presbyteratu, idest quod attingat vigesimum quintum annum, neque laicus, *ead. Congreg. 14. Martii 1676. in Fossanen. lib. 18. pag. 1.* Item si esset præsentandus Clericus de parentela, & præsentaretur extraneus; nam nulla esset præsentatio, & Clericus de agnatione posset petere sibi conferri ab Ordinario, qui si conferret jure devoluto, teneretur legem fundatoris observare *Carem resol. 156. per tot.*

**15.** Quid si ex fundationis lege, præsentandi essent Clerici loci Civēs? An inquam Civēs omnes etiam privilegiati, habiles censendi sint, ut præsentari valeant? Et videbatur dicendum quod non; cum Civium appellatione propriè loquendo, veniant tantum Civēs naturales, & originarii non autem assumpti ex privilegio *Barbof. appellat. 48. num. 5.* cum aliis allegatis à *Pignatell. consult. 1. num. 1. tom. 7.* & quidem illi tantum, qui nati sunt in Civitate, Suburbis, vicis, & districtu; non autem, qui sunt ex Comi-



gatu aut aliis locis unitis, vel de statu  
l. civis Cod. de incol. lib. 10. l. qui ex Vico  
ff. ad Municipal. Rot. coram Zarat. dec.  
22. nu. 2. & 21. & coram Caprara in Ro-  
mana seu Senen. Dotium 22. Junii 1703. s.  
evidens, confirmata 7. Januar. 1704. in  
qua Puellæ Status Senensis prætendentes  
venire sub nomine Civium Civitatis Se-  
nensis pro habendis subsidiis dotalibus re-  
lictæ Puellis -- Di Padre e Madre Senesi.  
fuerunt exclusæ.

16. Veruntamen ad effectum obti-  
nendi Beneficia eaque conferendi, appel-  
latione Civium, veniunt etiam cives ex  
privilegio, hinc est; quod si aliqua Civi-  
tas potiat privilegio, ut non nisi Civi-  
bus conferantur beneficia Ecclesiastica  
ibidem erecta, & existentia, non po-  
terit illos excludere ex firmatis à Rot.  
coram Cerro decis. 73. num. 8. & 9. & in  
terminis præsentationis respondit Sac.  
Congr. Concilii 16. Septembris 1649. in  
qua dubium sic fuit expositum -- Qua-  
ritur An Sacerdos N. ex privilegio esse  
Ejus Civis, & Patritius Romanus cum ex-  
pressionem, quod in Senatum ire, senten-  
tiam dicere, Magistratum gerere, usque  
immunitatibus, honoribus, & privilegiis  
uti, & potiri possit, quibus cives Nobi-  
les Patriæque Romæ nati utuntur, præsen-  
tari, & admitti possit, ad Cappellaniam  
Presbyteri Romanis ex dispositione Fun-  
datoris conferendam vigore Jurispatrona-  
tus constituto in hujusmodi Cappellaniis,  
& dicta die prodiit rescriptum -- præ-  
sentari, & admitti posse, lib. 18. pag. 674.

17. Quid si Beneficium seu Cappel-  
lania sit Sacerdotalis, an inquam possit  
præsentari, & admitti simplex Clericus,  
qui sit de proximo ordinandus; Respon-  
sio pendet à Testatorum dispositione,  
& regula generalis constitui non potest.  
In una Tiburtina, in qua Testator man-  
dabat, quod in Cappella erecta per eum,  
missæ celebrari deberent ab uno Sacer-  
dote de familia, eoque non existente ce-  
lebrari deberent à Sacerdote deputando  
Congr. Concilii sub 9. Decembr. 1690. de-  
claravit Cappellaniam esse Clericalem. In  
alia Justinopolitana in qua erigebatur  
Cappellania dum hac lege quod Missa quo-  
tidiana in puncto meridiei, constituto Sa-

cerdote, aut Canonico bonæ vitæ celebra-  
ri committatur: Et quærebatur an esset Sa-  
cerdotalis, sub die 23. Novembr. 1693.  
ead. Congreg. respondit Negative. In Ti-  
sculana, in qua Testator mandaverat  
erigi in Cathedrali Beneficiatum, cum  
onere inserviendi Choro, & celebrandi  
unam Missam de requiem pro qualibet  
hebdomada: quia præsentatus Ordines  
Sacros infra annum non susceperat juxta  
Constitutiones illius Cathedralis, qui-  
bus reddebatur obnoxius, eadem Con-  
gregatio die 4. Septembris 1700. decla-  
ravit, Beneficium esse Sacerdotale habitum,  
& non actu tempore præsentationis, ita ta-  
men, ut infra annum deberet promoveri.

18. Tondut. autem q. benef. 10. l. 1. 1. 1.  
num. 26. dicit, quod quando qualitas  
Presbyteri in dispositione hominis fuit  
adjecta ipsi præsentationi veluti si dicitur  
-- præsentetur Presbyter -- præsentetur  
Sacerdos, tunc illa qualitas debet adesse  
actu, & non sufficiat quod in se habetur.  
Et ita tenuit etiam ead. Congregatio 8.  
Maii 1677. lib. 39. fol. 418. & alios plures  
casus refert, & distinguit Barbol. de  
offic. & potest. Episcop. alleg. 24. num.  
37. & pluribus sequentibus. At in ulti-  
mo hoc casu si præsentaretur Clericus  
non fieret devolutio, quando Patronus  
habuisset probabilem ignorantiam qual-  
litatum a fundatore requisitarum, vel  
à præsentatione recedendo intra ter-  
minum quatuor mensium, Sacerdo-  
tem præsentaret, Rota in Barcinon-  
nen. Beneficii 20. Junii 1701. coram  
Priolo.

19. Quid tamen si præsentatus possi-  
deret alia Beneficia simplicia, an inquam  
sit instituendus? Et dicendum, quod  
dummodò quodlibet Beneficium de per-  
se non sit sufficiens ad congruam præsen-  
tati sustentationem, poterit institui,  
quia in hoc casu Episcopus super duo-  
bus Beneficiis dissimilibus etiam sub eo-  
dem tecto dispensat, ut sæpè respon-  
dit Congregat. Concilii, & præsertim  
in Neocastren. 3. Februarii 1629. & in  
Alexandrina 17. Junii 1630. & in aliis ad-  
ductis tom. 1. tit. 2. annot. ad for. 20. nu. 1.  
& 2. Sufficiencia autem intelligi debet de-  
tractis oneribus Missarum, Pensionum,  
De-

Decimarum, & similibus, ad hoc ut secundum Beneficium conferri ab Ordinario non possit, eadem Congregat. 19. Martii 1639. Si autem primum Beneficium pro honesta sustentationem esset sufficiens, & adhuc ad illud jurispatronatus presentaretur (quod fieri potest) & institueretur, & presentatus utrumque retineret absque dispensatione, utrumque ipso jure vacaret, prout decisum refert Garc. de benefic. part. 11. cap. 5. num. 286. & 310. Gallemart. supra Concil. Tridentin. cap. 17. sess. 24. de reformat. num. 2. & 3. quia pluralitas Beneficiorum impedit retentionem, non assuetudinem.

20. Ulterius, quid si presentatus ad Parochialem in examine non reperitur idoneus ad confessiones audiendas, an sit admittendus? Huic dubio responsum dedit Congregat. Concilii in Panormitana, in qua cum Senatus Civitatis presentasset Archiepiscopo N. ad Parochialem, & fuisset rejectus ob defectum idoneitatis ad Confessiones audiendas, & ad hujusmodi rejectionem appellasset, quaesitum fuit?

- I. *An qualitas approbationis ad audiendas simpliciter confessiones, necessario requiratur in presentandis ad Parochiales?*
- II. *An sit necesse, quod obtenta fuerit ab Archiepiscopo Panormitano, vel sufficiat obtentam fuisse a quolibet Ordinario.*
- III. *An examen dicti N. fueris nullum.*
- IV. *An committendum sit Archiepiscopo, ut hucusque gesta per ipsum N. praevio examine revalidet.*  
Et die 15. Januar. 1684. decisum fuit.  
Ad 1. 2. & 3. Affirmativè.  
Ad 4. Archiepiscopus procedat prout de jure, Et iterum reposita causa sub die 10. Junii ejusdem anni, rescriptum extitit.  
Ad 1. in decisis.  
Ad 2. Affirmativè quoad pri-

nam partem: Negativè, quoad secundam: quoad 4. Ad mentem, & mens fuit posse Archiepiscopum sua auctoritate ordinaria approbare Parochum ex integro, praevio legitimo examine.

21. Clericus verò Minorum Ordinum legitimæ ætatis, ad Parochialem approbatus, non poterit reprobari ad Ordines Sacros, & Presbyteratum quantum pertinet ad litteraturam, ut respondit Sac. Congregat. Concilii in Cusentina 6. Decemb. 1667. lib. 58. pag. 457. Si autem presentaretur ad Præbendam Theologalem, & ad Sacram Scripturam docendam, & exponendam non esset idoneus, tunc institutio non esset danda, & nisi in tempore non presentaretur idoneus, collatio ad Episcopum devolveretur. At si spes acquirendæ idoneitatis in presentato effulgeret, posset Episcopus indulgere ut ad tempus per substitutum oneri suppleret; Quia quando pro Theologali Præbenda non reperitur idoneus, collatio est suspendenda, donec inveniatur idoneus cui conferri possit, & interim fructus tradendi sunt Superiori Regulari alicujus Ordinis, qui curet ut aliquis Theologus ex suis Religiosis publicè in Ecclesia Cathedrali doceat Sacram Scripturam Sac. Congregat. Concilii in Ostunen. 10. Decembris 1633. ad 2. lib. 14. Dec. pag. 19. & aliud Decretum refert Gallemart. supra Concil. Trident. sess. 5. cap. 1. de reform. post num. 2.

22. **IBIDEM PRÆSENTEM.** Præsentatio Clerici, qui debet institui est facienda personaliter; quia ideò dicitur præsentatio, cum ille dicatur præsens, qui præbetur sensibus corporis ut dicit Glos. in clem. dudum de sepult. verb. præsentari: Hæc autem præsentia requiritur, ut possit examinari an sit idoneus, & habeat requisita foundationis: ideoque Ordinarius præsentationem de absente factam non tenetur admittere, cum sit invalida: nisi presentatus esset eidem adeò notus, ut non in-

digeret examine; tunc enim si agatur de Beneficio simplici, & non Curato, præsentatio absentis tenet, dummodo infra tempus datum ad præsentandum acceptet, & ratificet saltem per Procuratorem specialem, ut communiter tradunt Ricc. in prax. par. 1. resol. 152. num. 2. & 3. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 6. num. 37. & 38. Vivian. de jur. pat. lib. 6. cap. 8. per tot. Card. de Luc. de jur. patr. disc. 64. num. 30. & dummodò Ordinarius præsentationem absentis vel admiserit, vel non rejecerit, ut dixit Rot. cor. Peuting. dec. 251. num. 16.

23. Et quanquam Beltramin. ad Gregor. decif. 34. num. 7. acriter huic conclusioni se opponat, & firmet, quod cum hodie ex dispositione Concil. Trid. sess. 7. cap. 13. de reform. præsentati non possint institui, nec in Beneficiis simplicibus, nisi prævio examine, præsentatio de absente sit nulla, quamvis præsentatus sit notus instituere debenti: nihilominus Barbof. de Offic. Episc. alleg. 72. & Add. ad Buratt. dec. 481. num. 13. illam sustinent, & veram asserunt; & hodierna praxis admittit in Beneficiis simplicibus.

24. **ADMITTI, INSTITUI, ET IMMITTI.** Instantia præsentantis ita concipitur, ad indifferentiam eligentium, seu postulantium quia in electione dicitur confirmari, in postulatione admitti. Est autem postulatio gratiæ petitio Superiori facta de promovendo aliquem ad Prælaturam, ad quam de jure communi propter defectum aliquem dispensabilem (non crimen) vel impedimentum eligi, seu promoveri non potest: Unde postulatio est personæ, quæ prohibetur eligi, non propter vitium, sed propter defectum puta natalium, ætatis, Ordinis quatenus Laicus est Glos. in cap. nullus in Episcopum verbis in Sacris dist. 60. aut in minoribus, præsentatio. Convenit cum electione in hoc, quod sit facta à majori parte Capituli: Verum si electio cum postulatione concurrat: videlicet si una pars suffragiorum Capituli postulet unam personam, & alia eligat aliam, tunc ut prævaleat postulatio, requiritur quod postulantibus sint duæ partes ex tribus: quod

si postulante non adæquent duas tertias partes, sed eligentes excedant unam tertiam partem, prævalet electio ex dispositione Text. in cap. scriptum de elect. ibique Gloss. & DD. Differt autem ab electione in hoc, quod per electionem acquiritur jus electo ante confirmationem, jus inquam Beneficii, & administrandi: nam electio dat Beneficium, confirmatio verò exercitium: per postulationem autem jus acquiritur postulato post postulationem præsentationem Superiori factam. Per nominationem verò jus acquiritur nominato post præsentationem: Sicque postulates, aut nominantes ante præsentationem possunt à postulatione, aut nominatione recedere, minime post præsentationem. Verum sicuti electus à administrat ante confirmationem ejus electio cassatur per Text. in cap. jam dudum de præb. Ita si postulatus administrat ante admittam postulationem privatur jure postulationis cap. bona memorie de postulat. Et sic pariter nominatus. Et advertet, quod licet Fundator Beneficii, possit de consensu Episcopi in limine foundationis apponere conditiones sibi beneficas etiam jure communi contrarias cap. nobis de jur. patr. hodie tamen jus instituendi præsentatum, Inferiori Episcopo reservari non potest, attempta prohibitione Concil. Tridentini cap. 12. sess. 14. de reform. ubi Barbof. num. 18.

25. **CUM ONERIBUS.** Primum onus Beneficiati, est recitatio Divini Officii, quamvis Beneficium sit exiguum, idest parvi redditus, ut de veriori, & communiore sententia docent Navar. de Hor. Canonic. cap. 7. num. 27. ubi dicit ita semper consuluisse, & tenuisse, & quod contra faciens mortaliter peccet, Graff. dec. aur. part. 1. lib. 2. cap. 50. num. 18. Garc. de benef. part. 3. cap. 1. num. 39. & 40. Bonacin. de Hor. Canonic. disp. 1. quest. 2. punct. 4. num. 17. Barbof. in cap. dolentes num. 4. de elec. Misfar. Fagnan. in cap. conquerente num. 8. & 9. de Cleric. non resid. quorum Sententia non solum innititur in Sac. Canonum dispositione, sed etiam Constit. Leonis X. ena-

emanata in Concilio Lateranensi impressa in Bullar. tom. 1. la 7. & Pii V. tom. 2. la 135. in quibus iungitur quibuscumque Beneficiatis hoc onus: nam in §. 38. primæ, habentur hæc verba --- *Statuimus quoque, & ordinamus, ut quilibet habens Beneficium cum Cura, vel sine Cura si post sex menses ab obtento Beneficio, Divinum Officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, Beneficiorum suorum fructus suos non faciat, provata omissionis recitationis Officii, & temporis, sed eos tanquam injustè perceptos, in Fabrica Beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur.*

26. In secunda autem §. 1. post expressam confirmationem præfatæ Bullæ Concilii Lateran. & declarationem factam de quantitate fructuum amittendorum ab iis qui quotidie Officium non recitant, sielegitur -- *Item ille qui primis sex mensibus Officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat admisisse: declarantes præstimonias, præstimoniales portiones, & qualiacumque Beneficia, etiam nullum omnino servitium obtinentes (nota hæc verba) cum prædictis pariter convenire &c.*

27. Ex quibus clarè patet, quod non sint audiendi nonnulli Theologi moderiores morales, qui docent Beneficium ad horas Canonicas recitandas non teneri, cujus Beneficii fructus non attingunt tertiam mediocris sustentationis partem: quod nec Canones, nec Constitutiones prædictæ, nec in mente, nec in verbis dixerunt: Unde merito à DD. supra allegatis reprobantur, quibus addo Gavant. in rubr. Missal. par. 2. sect. 1. cap. 4. num. 3. Corrad. prax. benefic. lib. 4. cap. 6. n. 14.

28. Secundum onus Beneficiati est reparatio Fabricæ Ecclesiæ, ad quam de jure cogi potest, nulla facta deductione Congruæ alimentariæ; quia tunc alimenta deducuntur, quando Beneficium est residentiale; vel Beneficiatus alimenta habere non potest aliunde, ut tradit Sperell. decis. 67. num. 6. quem sequitur Panimoll. decis. 15. annot. num. 21. ad quam reparationem tenentur etiam Cardina-

les ex vi citatæ Bullæ 7. Leon. X. §. 22. Et hinc est quod Episcopus in cujus Diocesi Beneficia erecta, & reparatione indigentia reperuntur, potest sequestrare fructus eorundem Beneficiorum, etiam si sint Militum Hierosolymitanorum, ut respondit Sacra Congreg. Concil. in Hieracen. 18. Maii 1590. lib. 7. litter. pag. 165. & in Narnion. 24. Maii 1657. in qua cum Episcopus exposuisset Congregationi plures Ecclesias in sua Diocesi ferè reperiri collapsas, in quibus plura Beneficia reperiebantur erecta, & exposulasset responderi.

- I. *An possit in actu Visitationis eorum titulos ad Ecclesiam viciniorum transferre?*
  - II. *An possit eorundem Beneficiorum possessores quacumque Dignitate fulgentes cogere ad resarciendam Ecclesiam, in qua transferantur tituli, quatenus restauratione indigeret, & erigendum Altare in d. Ecclesia?*
  - III. *An eosdem cogere ad celebrandum, seu celebrari faciendum in die festivitatis illius Sancti sub cuius invocatione erectum est Beneficium?*
  - IV. *An ad effectum prædictum, & proficiendis suppelletilibus Sacris, possit sequestrari facere fructus eorundem Beneficiorum.*
- Sud dicta die prodiit resolutio.

*Ad 1. Si Ecclesiæ, ut supponitur sunt fere dirutæ, & collapsæ, Episcopum auditis quorum interest, posse uti Sedis Apostolicæ Delegatum transferre Beneficia simplicia ad Ecclesias viciniores.*

*Ad 2. Respondit dictos Rectores Beneficiorum etiam in quacumque Dignitate constitutos, teneri post translationem sequutam ad futuram restorationem Ecclesiarum ad quas Beneficia fuerint translata?*

*Ad 3. respondit eosdem Beneficiatos cogi posse ab Episco-*

po ad celebrandum, seu celebrari faciendum in die festivitatis illius Sancti, sub cuius invocatione Beneficium est erectum, nisi aliud constet in erectione, seu fundatione?

Ad 4. Respondit posse ad effectum prædictæ restorationis; nec non pro conscribendis Sacris suppellectilibus, redditus eorundem Beneficiorum sequstrare?

Non tamen fructus alicujus Parochialis, Præbendis Canonicalibus unire prætextu depopulationis, & exinanitionis Parochiæ eadem Congregat. in Thelesina 7. Junii 1703. confirmata 9. Augusti 1704. aut Ecclesiæ Parochialis destructionis ead. Congregat. in Aversana 6. Octobris 1703. Ricc. prax. for. Eccles. part. 2. resol. 201. num. 2. vers. secundo Parochiali vero, & collect. 2911. vers. & nota.

29. Tertium onus Beneficiati, est contributio pro procuratione Episcopi Visitantis, Sac. Congregat. Concilii apud Crispin. de visit. part. 1. §. 16. num. 10. & Sac. Congreg. Episc. in Civitatis Castellanae 28. Novemb. 1687. & alibi sæpè. Quartum onus, est accessus ad Processiones, ad quas Beneficiatus non accedendo, potest cogi, ut respondit Sac. Congregat. Concilii in Surrentina 6. Augusti 1689. quam declarationem observandam esse decrevit altera Congregat. Episc. & Regul. 3. Julii 1693. Cætera verò onera regulanda, & adimplenda erunt juxta legem præscriptam in fundatione, quam Ordinarius alterare non potest, nec Beneficiato nova addere onera, etiam si Patronus, sive Exequutor Testamentarius consensum daret, ut pluries respondit prædicta Congregat. Concilii, & præcipuè in Ariminen. 23. Aprilis 1589. lib. 7. litter. pag. 38. in Comen. 25. Martii 1689. in Sarnen. 3. Julii 1690. & in Asten. 14. Febr. 1699. quæ conclusio procedit etiam in Collegiata Ecclesia, Canonici cujus non potest Episcopus one-

ra addere præter in erectione demandata ead. Congregat. Concil. 17. Aprilis 1603.

30. AC JURIBUS SOLITIS. Si præsentatio fieret ad Beneficium Jurispatronatus Curatum, præsentatus habet jus ad Congruam alimentariam, in qua taxanda, arbitrium Ordinarii sic erit interponendum nempe si fructus Parochiæ non excedant summam scutorum seu Ducatorum Centum, Congrua erit scutorum seu Ducatorum moneta loci Beneficii triginta: si verò excedant centum, tunc tertia pars fructuum assignanda erit Vicario, sive Curato, prout casu fuit Congregat. Concilii in Aquilana Torre Paganæ 13. Septembr. 1580. lib. 3. litter. pag. 216. Vicario autem deputato in Ecclesiis Curatis Monasteriis perpetuo unitis, Congrua non debet assignari major centum, nec minor quinquaginta scutorum ad præscriptum Constit. Pii V. quæ incipit ad exequendum Sac. Congregat. Concilii in Constantien. 17. Nov. 1629. lib. 14. Decret. pag. 185.

31. Item habet jus, quod Cura, sive Vicaria sibi conferatur absque forma examinis per concursum, & per solam Episcopi approbationem Sac. Congregat. Concilii in Vafionen. 22. Augusti 1637. lib. 15. pag. 580. Item, quod si Parochia cujus debet esse Vicarius reperitur unita Monasterio, præferatur pro sua Congrua alimentaria Monachis Monasterii Leoncil. de privil. paup. part. 2. priv. 21. §. num. 94. cum aliis pluribus allegatis à Surd. de alim. tit. 1. quæst. 100. n. 2. quam Monachi tenentur solvere etiam de præpriis bonis Monasterii usque ad summam scut. 50. donec evidenter probent Parochiam unitam nullos prorsus habuisse reditus, quando Monasterio fuit unita, prout decisum fuisse à Congreg. Concilii refert Gallemart. supra cap. 7. de reform. post num. 7. vers. ex fructibus. Item quod si Congrua non sit sufficiens augeatur, ut censuit Congreg. Concil. in Eugubina 10. Januarii 1695. confirmata 5. Martii 1696. Item, quod à Cura non amoveatur inconsulto Episcopo, ut probant auctoritates allegatæ tom. 1. tit. 10. annot. ad form. 18. num. 17.

32. At pro hujus ultimi juris intelligentia est advertendum, quod propositio vera est quoties jus presentandi Vicarium amovibilem pertinet ad personas privatas, vel ad Societates, & Collegia Laicorum, penes quas residere non potest cura habitualis, seu Retoria, in quibus terminis loquitur Card. de Luc. *de benef. disc.* 80. num. 20. & 21. ibi à me allegatus: secus autem si nominatio, seu presentatio Vicarii pertinet ad Capitulum, sive Collegium Ecclesiasticum, vel ad Monasterium; nam tunc amovibilitas spectaret ad eum ad quem spectat nominatio, prout respondit Congr. Concilii in *Asculana* 13. Novembr. 1655. lib. 19. fol. 534. licet Vicarius etiam in isto casu possit arbitrio Episcopi removeri, quamvis sit Regularis, absque eo quod teneatur deducere causas remotionis, ut respondit ead. Congr. in *Camerinen.* 18. Septemb. 1627. lib. 13. pag. 337.

33. An autem Ordinarius vigore cap. 7. sess. 7. de reformation. Concil. Trident. possit curam, quae exercetur in Ecclesiis Regularium per Vicarium amovibilem exigere in Vicariam perpetuam, responderetur, quod si agatur de Ecclesiis Parochialibus simpliciter Monasteriis unitis, utique si sibi melius expedire videatur, poterit, prout responsum fuit per Congregat. in *Tudertina* 8. Augusti 1693. si vero sermo sit de Ecclesiis Curatis positus in loco Monasteriorum, quibus imminet Cura Animarum ab ipsorum primæva fundatione, & non poterit; quia hujusmodi Ecclesiæ Curatæ dicuntur de Mensa Monasterii, non autem simpliciter unitæ, ut distinguunt Gallem. *supra d. c.* 7. sess. 7. & Pignat. *consult.* 157. num. 1. & per tot. tom. 9. Et pro his servanda est dispositio c. 11. sess. 25. de regular. ubi Barb. num. 2. & 24.

34. Quoties autem Episcopus in Ecclesiis Parochialibus Monasteriis unitis procedat ad erectionem Vicariæ perpetuæ juxta facultates sibi tributas in d. cap. 7. sess. 7. & à constit. Pii V. la 47. tunc omnia onera incumbantia Parochiali Ecclesiæ censentur translata in Vicarium, cui in futurum incumbere non autem Monasterio, ut pluries dictam Pii V. Bullam interpre-

tando declaravit Congr. Conc. & præcisè in *Aversana* 31. Maii 1607. lib. 11. pag. 8. in *Vasionen.* 22. Augusti 1637. ad 3. lib. 15. pag. 580. & in *Conimbric. seu Lamacen.* 14. Nov. 1648. ad 2. lib. 18. pag. 530. Gallem. *sup. d. c.* 7. sess. 7. post num. 7. ubi aliud Decretum affert.

Appellationis coram honestis  
Viris.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio quomodo, & quando interponatur coram honestis viris, ostenditur.
- 2 Appellatio interposita coram honestis viris debet continere causam cur coram illis fuerit appellatum.
- 3 Appellatio coram honestis viris potest interponi voce, sive scripto, latinè, vel lingua vernacula infra decem dies.  
Tempus ad appellandum coram honestis viris currit à die scientiæ late sententiæ si citatio executæ fuit Domi, si vero personaliter, à die sententiæ.  
Appellatio interposita coram solo Notario non suffragatur extrà Urbem.
- 4 Episcopus si allegatur suspectus, potest alteri causam delegare si non agatur de interesse proprio bursali.
- 5 Appellatio à denegata justitia non admittitur nisi transacto biennio & n. 6.
- 7 Appellatio non datur à comminatione declaratoriae censure late à jure.  
Appellatio suspensiva non admittitur à Decreto, quo Episcopus decrevit tertiam partem fructuum Præbendarum pro Distributionibus esse applicandam.  
Appellatio non impedit, neque retardat Synodum Diocesanam neque Visitationem personalem.

Ap-

- Appellatio non datur à Decreto Episcopi, quo declarat reum gaudere debere immunitate Ecclesie.
- 8 Referuntur Decreta, quibus præscribitur modus, & causa appellandi in foro Ecclesiastico.
- 9 Causa non dicitur deserta donec Judex super desertione inter loquatur.
- 10 Appellatio in causis criminalibus potest valide interponi per procuratorem ubi non agitur de delicto quod mereatur pœnam corporis afflictivam.  
Pœna exilii non est corporis afflictiva sed æquiparatur confiscationi bonorum.
- 11 Appellatio ab Episcopo suffraganeo interponitur ad Archiepiscopum, qui est Judex appellationis Diœcesanorum, & etiam in causis civilibus Judex competens eorundem suffraganeorum.  
Appellatio ab Episcopo Sedi Apostolicæ immediatè subiecto datur ad Papam, ab Archiepiscopo ad Patriarcham.
- 12 Episcopus sive Judex non assumit officium partis.  
Archiepiscopus non potest universaliter in causis appellationum à Suffraganeo suspectus allegari, & n. 13.
- 14 Clausula, appellatione remota, non tollit jus dicendi de nullitate, neque recusationem Judicis, neque beneficium iterum appellandi, si Judex gravat.  
Fallit si causa reperiatur commissa Cardinali.  
Solutus Papa rescribit cum clausula, recusatione vel appellatione remota.
- 15 Dicitio, etiam, implicat casum minus dubitabilem & exprimit magis dubitabilem.  
Appellatio interposita coram bonis viris probatur sine aliis testibus.  
Testium præsentia includit visum, & auditum.
- 16 Testes masculi præferuntur feminis. Testes quatuor Clerici æqui valent testimonio sex laicorum.  
Testis unicus regulariter non probat, sed admittitur ad probandum miraculum.
- 17 Testes compelli possunt in utroque foro ad deponendam veritatem.  
Testis cui sub sigillo naturali sui communicatum delictum, tenetur revelare, si vergat in damnum publici boni, etiam si juraverit non revelare.
- 18 Teste examinati coram Jure incompetente nullum indicium faciunt.  
Testes deponentes falsum in judicio nullo, tenentur pœna falsi.
- 19 Delegatus Principis non potest subdelegare, quando est electa industria persona, & dantur exempla.
- 20 Appellantes ab irrationabili judicio Episcopi in concursu Parochialium debent docere de irrationabilitate.
- 21 Irrationabilitas judicii Episcopi in præelectione probatur conjecturis, & præsumptionibus hic relatis.
- 22 Sola litteratura appellationis, non probat in præelectione irrationabilitatem judicii Episcopi.  
Appellatio in devolutivo datur etiam à reprobatione Examinatorum.

**C**ompareo hodie ..... coram vobis N. & N. personaliter Ego N. prætenfus reus in causa, & causis assertæ ..... (& exprimat causa processus) & sentiens me gravatum à Sententia contra me lata in prædicta causa à D.N. Vicario Generali sub die ..... vel alio veriori tempore, prout in ea: eo quia delictum dictæ prætenfæ ..... non perpetravi, & indefensus, ac nulliter damnatus fui, aliisque de causis suis loco, & tempore deducendis: & non audens justo timore detentus (& exprimat causa metus, seu impedimenti) coram eodem Vicario Generali Jure à quo, ap-

appellare; coram vobis honestis Viris appello ad Sanctissimum D. N. Papam N. ejusque Sanctam Sedem (vel ad N. Metropolitanum) & protestatione hac proposita à vobis instanter peto mihi responderi de Apostolis testimonialibus omni &c.

Ego N. Appello, & peto, ut supra.

**E**odem die, & loco, nos infra scripti Cives N. plenam, & indubitam fidem facimus quibus spectat, & pro veritate requisiti testamur, N. de N. supradicta die, & loco personaliter coram nobis comparuisse, causasque timoris, & impedimenti adeundi Judicem à quo allegasse, protestatum de gravamine, & appellasse, & postulasse, prout in Scriptura manu ejusdem exarata, & subscripta, hic supra latius apparet; & hoc fecit etiam presentibus testibus infra scriptis; in quorum fidem hos testimoniales Apostolos manu propria scriptos damus.

Ego N. manu propria.

Ego N. manu propria.

Ego N. Testis.

Ego N. Testis.

#### ADNOTATIONES.

1. Contingit aliquando, quod reis tam in Civilibus, quam in Criminalibus præcludatur via coram Judice à gravaminibus appellandi, vel ob justum metum, vel quia Judicis non adest copia: ideoque juxta dispositionem juris communis in cap. fin. de appellat. datur tunc remedium appellandi coram honestis Viri: Et quamvis non sit necesse pro validitate, quod huic appellationi adsint Notarius, & alii testes (quorum vices suppleant ipsi Viri honesti) nihilominus si datur commoditas illos adhibendi, ad cauthelam adhibeantur. Sufficit autem quod Viri coram quibus fit hæc protestatio sint honesti, sive Clerici sint, sive laici, sive divites, sive pauperes, dummodò habeant qualitates testium idoneorum; & fiat intra tempus legitimum de jure concessum ad appellandum; & demum Judicis à quo, & parti intimetur, nam alias non caufaret attentata, Scacc. de appellat. lib. 3. c. 2. q. 6. n. 31.

2. **JUSTO TIMORE DEFEN-**

**TUS.** Vel alio justo, & rationabili impedimento. Ut enim coram honestis Viris validè appellari possit, exigitur primo loco causa justa quominus quis coram Judice appellare non potuit: quia Judex est sibi infensus, probavit animum suum, vel est solitus indignari adversus illos qui à suis Decretis appellant. Si pars, seu Fisco adhærens sit ejus familiaris, Consanguineus, vel Cancellarii. Si appellationem recipi prohibuit, vel copiam sui non facit, & se absentavit, & occultavit: Una igitur ex his causis (vel altera similis, quæ rationabilis, & justa videatur) concurrente, debet in protestatione, & appellatione exprimi, ut legitime facta censeatur Gratian. dist. 10. num. 1. 2. & seqq. Ricc. collect. 1355. Barbof. in dict. cap. finali de appellat. num. 20. & undecumque timeat, sive à Judice, sive à parte, aut Consanguineis illius, non tenetur coram Judice appellare Passer. mox citandus num. 42.

3. **CORAM VOBIS HONESTIS VIRIS APPELLO.** Sive lingua latina, sive sermone



ne vernaculo, five scripto, five voce, dummodò actus fiat publicus, & in actis redigatur Barhof. ubi suprâ num. 23. Passerin. ad titul. de appellat. quæst. unic. num. 46. in 2. lib. Decret. in 6. & infra decem dies, quod est tempus præfixum à jure ad appellandum à die prolationis Sententiæ l. 1. §. biduum ff. quând. appelland. sit, c. quoad consultationem de sent. & re judic. Barb. ibid. nu. 23. Tempus autem istud si sententia lata fuit per contradictas, vel citationem factam Domi dimissa copia, currit à die scientiæ; non autem à die sententiæ latæ, quia tunc reus dicitur fictus contumax per text. in c. concertationi de appellat. in 6. at si lata fuit contra verum contumacem, qui nempe fuerit personaliter citatus, tunc tempus currit à die Sententiæ Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. nu. 127. Ubert. de citat. cap. 10. num. 371. Rot. coram Burrat. decis. 59. num. 6. 7. & 17. & coram Manzaned. decis. 656. num. 4. Et dicitur coram vobis honestis Viris &c. ad demonstrandum, quod appellatio dum deficit copia Judicis, vel ex justa causa coram eo interponi non potest non sufficit quod interponatur coram Notario, sed debet interponi coram honestis Viris Rot. d. decis. 656. num. 5. coram Manzaned. ubi habetur, quod appellatio interposita coram Notario, est ac si interposita non fuisset. Verum de stylo Curiae Romanæ sufficit, quod Cedula appellationis præsentetur Notario Causæ intra legitimum tempus.

4. Et hic nota, quod si Episcopus delegaretur suspectus in cognoscendo, non diceretur suspectus in delegando, quia suspicio personam fugillat, sed non tollit jurisdictionem, ut dicit Tondut. de prævent. part. 2. cap. 2. post num. 48. Sac. Congregat. Concilii 15. Septembris 1607. quod verum puto quoties agatur de interesse Ecclesiæ, in cujus causa Episcopus est Judex competens juxta sententiam glossæ in cap. si quis 20. quæst. 7. secus autem si agatur de interesse burlesli Episcopi, nam tunc non posset cognoscere neque alteri cognitionem delegare ut rescripsit Congregat. Episcop. in una Casalen. 14. Decembr. 1696. in qua cum Episcopus esset creditor unius ex

Canonicis Cathedralis, & eum pulsasse ad solvendum in suo Tribunali, & post propositam à Canonico causam suspensionis alium Judicem delegasset, causa per recursum ad Congregationem devoluta, sub dicta die responsum fuit — *Un ex Vicinioribus prout de jure*, & hanc distinctionem videtur approbare Fagnan. in c. nostri, num. 18. de Elect. quem sequitur Passerin. Tribunal. Regular. quæst. 3. art. 7. num. 118.

5. Si verò appellaretur à denegata justitia ob non expeditionem Causæ intra biennium faciendam juxta Decretum Concilii in cap. causæ omnes sess. 24. de reformation. tunc ut possit causa avocari requiritur, quod præcesserint judiciales instantiæ ter repetitæ pro expeditione Causæ cum protestatione appellationis à denegata justitia, cum moderato dierum intervallo inter unam, & alteram, & quod à die introductionis Causæ sit lapsum biennium. Nam licet Cardin. de Luca de jurif. dict. discurs. 68. num. 9. quem sequitur Reverendiss. Zaul. observ. ad stat. Favent. rubr. 7. libr. 3. num. 15. dicat quod factis requisitionibus prædictis, si Judex fiat contumax in expediendo, non constitit legitimo impedimento, sit locus appellationi, & avocationi Causæ, etiam non expectato biennio: adhuc teneo, quod tempus à Concilio Statutum sit expectandum, & quod opinio Cardin. de Luca opponatur de directo recessu Concilii ibi — *infra biennium à die motæ litis terminentur, alioquin post id spatium, liberum sit partibus, vel alteri illarum Judices Superiores adire &c.* & claris ibi — *nec antea aliis committantur, nec avocentur, neque appellationes recipiantur.*

6. Et ita pluries declaravit Congregat. Concilii, nempe in Aprutina 26. Aprilis 1692. lib. 8. litter. pag. 30. in Patavina 15. Novembr. 1600. lib. 8. pag. 844. & 26. Aprilis 1659. & in Albiganen. 28. Novembris 1693. quibus Decretis firmatur, quod Causæ fœdæ Ecclesiasticæ non possint per appellationem avocari, nisi transacto biennio, quod & decisum fuisse reperio à Sac. Congreg. Episcop. in una Benevent. 16. Septembris.

ptembr. 1617. fol. 187. in qua dubium sic exponitur — Cum Archiepiscopus Beneventanus in possessione causas, quæ coram ejus Suffraganeis in prima instantia tractantur, ad ejus Curiam etiam ante biennium advocandi existere prætenderet, Sac. congregat. possessionem præfatam, utpotè Concilio Tridentino Decretum irritans habenti de directo contrariam, sustineri non posse censuit. Et hoc, quia Concilium præfixit biennium instantiæ, & non Judici, cujus jurisdictio semper durat, durante biennio, Fagnan. in cap. venerabilis nu. 14. & 25. de judic.

7. Item appellatio non datur à comminatione declaratoriæ tanquam à gravamine irreparabili; puta si quis citatur ad dicendum causam quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem ob violatam immunitatem Ecclesiasticam, vel alias censuras à jure latas; & ideo si monitus recurreret ad Metropolitanum, non esset audiendus, neque illius appellatio admittenda, ut declaravit Congregat. Concilii in Tropien. 16. Martii 1619. libr. 12. pag. 715. & in Neocastren. 22. Februar. 1620. lib. 12. post. pag. 698. Sicuti nec admittitur appellatio suspensiva à Decreto Episcopi, quo mandat tertiam partem fructuum Præbendarum in Distributiones esse applicandas Congregat. Concilii in Elboren. 10. Augusti 1591. libr. septimo, pag. 261. Et quocumque modo interponatur, non impedit, neque retardat Diæcesanam Synodum eadem Congregat. in Oriolen. 27. Martii 1632. ad 17. neque Visitationem personalem, quam facere intendit Episcopus in Visitatione generali suæ Diæcesis eadem Congregat. in Triventina 22. Julii 1686. lib. 36. fol. 257. Non datur à Decreto Episcopi, quo declarat reum gaudere debere immunitate Ecclesiastica, ut respondit Sac. Congreg. Immunit. in Nicien. 12. Jan. & in Vercellen. 3. Augusti 1649. lib. 4. dec. fol. 69. à tergo & fol. 85. Ciardin. contr. 10. nu. 154.

8. Alii plures sunt casus frequentiores in quibus appellationes admitti non debent, expressi in Decreto generalibus jussu, & approbatione Clement. VIII. de anno 1600. emanatis à Sac. Congr. Episcop. quæ per extensum referunt Quarant. in summ. Bullar. verb. Archiepiscopus post. Monacelli Form. Pars II.

num. 20. Piafec. in prax. part. 2. cap. 4. art. 15. de appellat. num. 9. Donat. prax. rerum regular. tom. 1. part. 2. tractat. 10. de appellat. q. 18. & quibus respondent moderniora Congregat. Concilii, quæ prodierunt in Causæ Insulæ seu Regni Sardinie ad instantiam Episcoporum, & Metropolitanam devoluta ad verius Judicem Delegatum Apostolicum ejusdem Regni: nam propositis dubiis.

- I. An quando ordinarii ad evitanda Scandala procedunt non citata parte, nec adhibita causæ cognitione in causis Visitationis, aut correctionis morum, possit Judex Delegatus Apostolicus appellationem simpliciter admittere?
- II. An ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, quod tamen potest reparari per sententiam definitivam, valeat appellationem admittere?
- III. An quando appellatur à gravamine, quod per definitivam reparari nequit, ut carcerationis, torture, aut excommunicationis, possit appellationem admittere, aut inhibitionem, vel aliam inhibitionem concedere non visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine?
- IV. An censuras Ecclesiasticas in appellante prolatas, valeat relaxare, aut nullas declarare, non auditis partibus, nec cognita causa?
- V. An valeat absolutiones ad cautelam concedere non citata parte, nec visis actis, nec præstita cautione ab appellante de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ.
- VI. An ab Executione Decretorum Sac. Concilii Tridentini valeat appellationem admittere?
- VII. An valeat causas in curiis Ordinariorum, vel aliorum Judicium inferiorum pendentes ad se avocare, vel illorum cursum impedire sub quolibet pretextu, præterquam si per viam legitimæ appellationis fuerunt ad ipsius Tribunal delatæ?

O VIII.

VIII. An valeat appellationem recipere, nisi per publica documenta ( quæ realiter exhibeantur ) prius constituerit appellationem à sententia definitiva, aut à gravamine, quod per definitivam sententiam reparari non possit in casibus à jure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, & prosecutam?

IX. An Valeat inhibitionem concedere post receptam appellationem absque insertione tenoris Sententiae, aut Decreti definitivi, aut definitivi vim habentis, etiamsi appellans asserat culpa Judicis a quo vel Actuarii exemptum habere non posse, non justificato impedimento, & an in casu possint inhibitiones impune sperni?

X. An valeat appellationes in secunda instantia recipere à Decretis, seu Sententiis Suffraganeorum, omisso medio Curiae Metropolitanae.

XI. An in causis de sui natura appellabilibus, in quibus dictus Judex processit, valeat appellationem quoad effectum suspensivum denegare?

Sacr. Congreg. Die 15. Maii 1700. respondit.

Ad 1. Negativè quoad effectum suspensivum.

Ad 2. Negativè.

Ad 3. Negativè quoad cognitionem causae in gradu appellationis tantum, & Affirmativè quoad brevem supersefforiam.

Ad 4. Negativè.

Ad 5. Negativè præterquam in casu absolutionis ad breve tempus, & tunc cum obligatione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiae.

Ad 6. Negativè.

Ad 7. Negativè.

Ad 8. Negativè.

Ad 9. Negativè.

Ad 10. Negativè.

Ad 11. Negativè.

9 In causis igitur civilibus de sui natura appellabilibus, si tempore debito, non fuerit appellatum, & causa remansit deserta, juxta disposita in *clim. 3. de appellat.* ut fieri possit Executio rei judicatae, adverti debet, quod non sufficit causam fuisse desertam; sed requiritur, quod Judex prius interloquatur, & declaret suo Decreto fer. fer. causam esse desertam, ut dixit Rot. coram Ninot. *decision. 66. numer. 7.*

10 In causis verò criminalibus, in quibus non infligitur pena corporalis, appellatio interponi potest, etiam per Procuratorem habentem speciale mandatum. Etenim firmissima opinio est, quod in omnibus causis à relegatione infra, admittitur Procurator; cum satisfactione de stando juri, Guazzin. *ad defens. rer. def. 12. cap. 1. num. 55.* ubi contrariis plene satisfacit Gaballin. *in Gloss. ad consil. Regid. lib. 4. cap. 14. nu. 1. & 2.* Et sic in Criminalibus, in quibus, intrat pena pecuniaria, Exilii, & etiam excommunicationis, reus absens poterit se defendere per Procuratorem: Nam pena Exilii non dicitur pena corporis afflictiva, sed medio collocatur inter corporalem, & pecuniariam Antonell. *de loc. legal. lib. 3. cap. 4. nu. 19. & 20.* imo quod Exilium, & honorum confiscatio æquiparentur in jure ait Sebelt. *Medic. de regul. jur. part. 2. regul. 1. ampliat. 37.* & est pena Canonica. Text. *est expressus in cap. accusatoribus 3. quest. 5. in delicto excommunicatione digno, quod audiatur Procurator, docet idem Guazzin. d. defens. 12. d. cap. 1. d. nu. 58. circa fin. ver. necnon.*

11 Appellatio autem à Tribunali Episcopi Suffraganei, datur ad Archiepiscopum, seu Metropolitanum cui subest, qui sicuti est Judex Ordinarius appellationis Diæcesanorum juxta disposita in *cap. Romana §. debet autem de appellat. in sexto*, ita etiam est Judex competens Causarum Civilium, quæ in prima instantia moventur contra eisdem Episcopos suffraganeos, ut pluries respondit congregatio Concilii, & præcisè in

Indiarum anno 1585. ad 13. dubium, & 10. Novembris 1618. & alia Decreta ejusdem Congregation. refert Nicol. lucubr. canon. lib. 2. tit. 2. de for. comp. post num. 2. ubi post relatum Decretum Sac. Congreg. Episcop. 31. Maii 1588. quod videbatur contrarium sic concludit -- Sac. verò congreg. Concilii censuit Metropolitanum in causis civilibus Suffraganeorum posse cognoscere, quando Episcopus agit contra Episcopum, & ubi Subditus Episcopo agit contra ipsum Episcopum: reterquàm non posse nisi in casibus jure expressis. Sancti Angeli Lombardorum, & Lima-na seu civitatis Regum: cum qua individua-liter pertranseunt Zeech. de republ. Eccles. tit. de statut. Patriarch. & Archiepiscop. post nu. 6. versic. unde si Episcopi subditus, Ricc. in prax. part. 4. resol. 496. Genuen. in prax. cap. 86. num. 1. Passerin. in cap. Romana n. 4. de offic. ord. in 6. & in Tribunal. Regular. quest. 3. art. 6. nu. 118. Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 31. nu. 14. Sicque in locis, & Provinciis in quibus non adest Nuncius Apostolicus, Archiepiscopus est Judex suorum Suffraganeorum in causis civilibus, Piaséc. in prax. part. 2. cap. 5. art. 2. quæ benef. confer. poss. Episc. num. 47. Quidquid igitur dicat Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 22. quem sequitur R. P. D. Petra in commentar. ad Bull. 2. Leonis IX. sect. 5. num. 15. tom. 1. ab hac sententia non videtur recedendum, quia est casus decisis à jure in cap. 1. dist. 80. & in cap. Metropolitanum 4. 5. 2. quest. 7. hancque præter supra allegatos sequitur glos. in cap. pastoralis de offic. ordin. & in c. pervenit 39. verb. interponere 11. q. 1. Porro si Episcopus, vel alius Prælatu sit exemptus, & Sedis Apostolicæ immediatà subjectus; tunc ab eo non ad Metropolitanum, sed ad Papam etiam in causis temporalibus civilibus appellari debet; ab Archiepiscopo verò ad Patriarcham, seu Primatem appellandum est Pirhing. in jus canon. lib. 2. tit. 28. nu. 92.

12. Est quoque sciendum, quod Suffraganeus postquam in Causis sententiam tulit, non debet à revocatoriis Metropolitaniani appellare: quia ut bene respondit congregat. Episcoporum. Vicario Gener. Lydien. 2. Augusti 1619. Judex non assumit officium partis; & propterea nec debet generaliter pro omnibus causis eum suspen-

sum habere, & allegare: Cum enim Episcopus Herbipolen. prætenderet, quod Metropolitanus Moguntinus tanquam unus de Capitularibus Herbipolen. ratione Canonicatus, quem in dicta Ecclesia retinebat, non posset uti sibi legitime suspectus, cognoscere causas appellationum frequenter à suis decretis interpositarum ab aliis Canonicis, & Capitularibus, & ideo instetisset in Congregatione Concilii pro deputatione Nuncii Apostolici Coloniae residentis in locum di Metropolitaniani, fuit hujusmodi instantia sub die 29. Novembr. 1698. rejecta, & responsum, providebitur in casibus particularibus.

13. Et prætendens Episcopus Insulanus, quod Archiepiscopus S. Severinae (cujus est Suffraganeus,) non posset cognoscere in gradu appellationis legitime interpositæ, de validitate Censurarum per affixionem Cedulonum ab eod. Episcopo contra Regulares latorum, ex quo esset sibi suspectus, & plures suspensionis causas in Congreg. Episcoporum, & Regularium proponeret, nempe -- Primò, quod Archiepiscopus in alia causa reum à censuris absolvisset non obstante, quod essent in suo Decreto reservatæ Sedi Apostolicæ. Secundò quod interdicto suspensusset Ecclesiam quandam Regularium, eo quia Baldachinum ibidem sibi erexissent. Tertio, quod in quadam causa Mensæ sententiam contrariam protulisset non visis juribus. Quarto, quod pro minimis, levibusque causis inhibitiones, & appellationes concederet, & admitteret, nihilominus proponente fel. rec. D. meo Card. Petruccio, sub die 22. Januar. 1700. rescriptum fuit -- Non costare de causis suspensionis contra Archiepiscopum, qui procedat prout de jure.

14. Item notandum, quod si causa repeteretur commissa cum clausula appellatione remota, hæc non tollit beneficium dicendi de nullitate Novar. decisio. 41. num. 4. neque Judicis recusatorem cap. postremo de appellat. Fagnan. in cap. super eo il. 2. num. 15. de appellat. imò nec beneficium iterum appellandi, quia intelligitur sublata appellatio frivola, & quando Judex non gravat Rota coram Gregor. decis. 91. num. 10. Guazzin. ad defens. animar. l. 2.

de *Judic. defens. 7. cap. 11. addit. 11. nu. 38.* cum aliis apud Barbof. de *clausul. claus. 9. num. 15.* nec afficit tertium, qui potest appellare Marant. in *prax. part. 3. nu. 79.* nisi tamen causa reperiretur commissa alicui Cardinali; quia tunc intelligeretur remota quæcumque appellatio, tam legitima quam frivola, justitia vel injusta, Barbof. d. *claus. 9. nu. 17.* Zecch. de *republ. Eccles. Stat. Card. nu. 9. privoil. 11. circa fin.* & hoc ut Dignitas Cardinalitia aliquid operetur. Hæc autem clausula non apponitur nisi in Commissionibus Papæ: quia nemo Judex inferior, etiamsi sit de Latere Legatus potest rescribere cum clausula *recusatione vel appellatione remota.* Barbof. *ibid. num. 3.* Passerin. *Tribunal. Regular. quæst. 3. art. 2. nu. 1.* & 29. nisi in facultatibus clarè habeat Marant. in *prax. par. 3. dist. nu. 76.*

15 **ETIAM PRÆSENTIBUS TESTIBUS.** Hoc dicitur ad demonstrandum quod alii testes adhibentur ad cauthelam: dictio enim, *etiam*, implicat casum minus dubitabilem, & exprimit ma is dubitabilem Barbof. *dist. 112. num. 1.* cum ut jam supra in principio dictum fuit sufficiat, quod appellatio interponatur coram duobus honestis viris, qui testimonium reddant in judicio de appellatione, ut latè probat Passerin. *ad tit. appellat. quæst. unic. num. 46.* & *seqq. in 2. lib. 6. decretal. pag. 225.* Et dicitur hoc fuisse gestum in præsentia testium, ad significandum, quod præsentia includit visum, & scientiam: unde bene sequitur, fuit præsens, ergo vidit, & scivit, & qui testatur fuisse præsentem, dicit vidisse, & audivisse, Bertacchin. in *repertor. verb. præsentia versic. 2.* & 3. *pag. mihi 159. à tergo glos. in cap. primis verb. præsentia 2. qu. 1. Barbof. dist. 71. nu. 2.*

16 Et hic notat, quod testes Masculi præferuntur Mulieribus: vel melius dic, quod testimonium Virorum prævalet testimonio Mulierum, Gabr. *comm. concl. lib. 1. de test. concl. 4. num. 38.* & 42. Secundo, quod tantum valet depositio quatuor Clericorum, quantum sex laicorum Gabr. *ibidem num. 40.* Bellet. *disq. cler. part. prima de cleric. test. §. 1. nu. 3.* Tertio, quod ad unius testimonium nullus est condemnandus Num. 35. 30. ac sufficit unus testis ubi

agitur de declaranda voluntate partium Rot. *coram Mantiv. decisio. 323. num. 1. decisio. 600. num. 5. part. 3.* & *decisio. 128. num. 6. part. 16. recent.* & ubi assertur ad probandum miraculum, si testis sit qualificatus, & fide dignus: nam si ex natura miraculi illud non potest probari nisi per unicum testem, ut evenit in revelationibus & apparitionibus illius de cujus canonizatione agitur, vel quando deponit de miraculo in sua persona patrato, tunc iatis probat, ut pluribus exemplis comprobatur Contilor. de *canoniz. Sanctior. cap. 18. num. 17.* & *tribus seqq.* quem sequitur Pignatell. *consultat. 34. nu. 5. tom. 5.* quod amplia procedere in hac materia Processus caularum Servorum Dei, etiamsi testis esset de novo repertus, post didicita testificata, & publicationem Processus, nam adhuc esset admittendus non obstante Decreto emanato ab Alexandro VII. anno 1698. quod refert Matt. de *canoniz. Sancti. part. 5. cap. 3. nu. 11.* prout admisit Congreg. Ratum in una *Constantien. seu Curien. 27. Septembr. 1698.* cum hac tamen conditione - *jurato prius testem fuisse noviter repertum, & poni ad partes.*

17 Item nota, quod testes recusantes deponere in judicio veritatem, compelluntur à Judice laico multis, & pignoris, ab Ecclesiastico vero per excommunicationem etiam in causa vertente coram Judice sæculari; quia sicuti is impendit auxilium Judici Ecclesiastico, ita è contra debet facere Ecclesiasticus Graff. *consl. libr. primo, de test. cogend. consil. unic. num. 2.* & 6. Ampliat ad detegendum delicta gravia contra publicum bonum in teste, cui per consultationem secretam, & sub sigillo naturali fuit communicatum delictum; nam licet non debeat revelare, quando ad solam delinquentis pœnam proceditur; tamen ubi agitur ad vitandum grave damnum tertii, vel Republicæ, quod aliter impediri, & evitari non possit, tenetur deponere, & revelare, quia tunc secretum naturale non est servandum, etiamsi esset juramento firmatum D. Thom. 2. *quæst. 70. art. primo, ad 2.* Lazzar. *quæst. canonic. sect. 2. quæst. 16. num. 5.* & 6. Martin. del Rio *disq. magis. lib. 5. sect. 5. numer. 3. in fin. ubi pro dete-*

detegendis criminibus magiæ, & maleficio-  
rum.

18 Item, quod si testes examinati coram Iudice incompetente, denuò examinentur coram Iudice competente, & deponant in hoc secundo examine contrarium à primo, non poterunt redargui de falso, nec de contrarietate, quod primum examen est ac si factum non esset, & nullum indicium facit Zuff. *de legit. process. quest. 54. num. 26.* Bertachin. *in suo repertor. verb. testis versic. testis in alio iudicio an probent post n. 10. fol. mihi 235. à tergo*; Secus si falsum deponant in iudicio nullo; nam tunc tenerentur pœna falsi Gonzal. *ad regul. 7. glos. 57. num. 51.* Barbol. *de offic. Episcop. alleg. 51. n. 25.*

19 Iudex autem (per modum exempli) diceretur incompetens si esset subdelegatus à Delegato Principis, qui facultatem non haberet subdelegandi: ut potè quia esset electa industria personæ, quæ regulariter censetur inducta per clausulas -- *personaliter cognoscas: per te ipsum cognoscas; arbitrio tuo determines tu expedias, & non alius: omeramus conscientiam tuam*: vel si committatur id quod Principi est reservatum: vel negotium sit arduum: aut factum variabile, ut notat Passerin. *Tribunal. Regul. quest. 2. art. 3. num. 18.* quæ prius tradidit Ricc. *decis. 88. part. 1. per totum*, ac etiam per alia per me adducta tom. 1. tit. 1. annot. *ad form. 1. num. 45.*

20 Tandem hic admonendi sunt appellantes in concursu Parochialium ab irrationabili iudicio Episcopi in præelectione concurrentium vigore Bullæ Pii V. *la 33. Bullar. tom. 2.* quod debet docere de dolo, & irrationabilitate Iudicis eligentis coram Iudice appellationis (quod facile eis non erit) ut patet *in §. 2. proæmiali dictæ Bullæ ibi -- Personis minus idoneis, carnalitatibus, aut alium humanæ passionis affectum, non rationis sequentis*; ex quibus proæmialibus verbis tota dispositio regulatur Rot. *coram Coccin. decisio. 1305. nu. 57. & 58. & in dispositiva §. 7. ibi -- con- sulto de prioris eligentis irrationabili iudicio.*

21 Ad hoc autem docendum multum valent sequentia. Primò, quod electus

fit familiaris, vel consanguineis eligentis: quia tunc provisio, & electio redditur suspecta, & præsertim si electus sit forensis, & appellans sit doctior, & Diocesanus. Secundò si Episcopus noluit, quod Examinatores relationem in scriptis facerent; prout feri solet, sed iusserit sibi verbaliter referri quinam ex concurrentibus essent idonei: nam hoc fecisse præsumitur, ut facilius relinqueretur locus gratificationi, & idè electio redditur suspecta; & ex his nullam declaratam fuisse à Rota testatur Gonzal. *ad regul. Cancellar. glos. 4. num. 140. & 141.* Tertio si electus esset invidus Populo: nam cum Rector Animarum gratus plebi præfici debeat, ut advertit Vivian. *de jur. patr. lib. 2. cap. 9. num. 18. & 19.* Bellet. *disq. cler. tit. de discipl. cleric. §. 15. nu. 19.* tunc Episcopum talem eligendo, non rationis tramitem sequutum fuisse, sed passionis affectum, suspicandum venit. Quarto si Episcopus ante examen concurrentium animum suum propalasset velle gratificare electo, prout animadversum fuit in Sac. Congregat. Concilii in una *Clusina Parochialis 15. Junii 1697.* in qua licet appellatio non fuisset admissa, hoc evenit, quia Episcopi propalatio non erat probata. Quintò si electus esset de incontinentia diffamatus: nam qui de hoc crimine est suspectus nunquam Curæ Animarum est præficiendus ut respondit Sac. Congregat. Concilii in *Forolivien. 19. Julii & 20. Septembr. 1692. & Sac. Congreg. Episcop. & Regular. in Carpentonat. 2. Septembr. 1695.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quest. 31. nu. 145. & dub. seq.* Sextò si præelectus fuisset aliquando inquisitus, & postea absolutus etiam tanquam innocens: quia dicitur ex hoc minus dignus nisi constaret accusationem fuisse datam per calumniam, Ventrigl. *prax. part. 2. annotat. 5. §. 2. num. 65.*

22 Cæterum quoad litteraturam, si hæc sola concurrat in rejecto, & appellante, non inde probatur iudicium Episcopi irrationabile: quia approbatus quoad scientiam, potest probè rejici, & rationabiliter reprobari quoad mores; etiam si ex actibus concursus appareret inter approbatos eum esse doctiorem Garc. *de benef. part. 6. capit. 2. num. 236. & seqq.*

Nicol. lucubr. can. lib. 3. titul. 5. de præb. n. 18. versic. pro limitatione, & bene Rot. coram Manzaned. dec. 583. per totum. Ricc. dec. 96. num. 6. 7. 8. & seqq. part. 4. quem vide. Unum autem certum erit, quod quidquid sit in foro exteriori, quoad iustitiam appellationis, in interiori saltem Episcopus, minus bene eligens exactam rationem Deo reddet, apud quem nulla excusatio valebit, cum arcanorum cognitor, & Judex sit cap. erubescant in fin. 32. dist. Novar. cap. novit. de judic. notab. 1. est autem hic notandum quod S. Congr. Concilii sæpius indistinctè tenuit, dari appellationem quoad effectum devolutivum, etiam ab examinatorum reprobatione, ut testatur Nicol. lucubr. can. in addit. nu. 13. pag. mihi 356.

Libelli compositionis Rei  
inquisiti.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

- 1 Reus petens admitti ad compositionem, non debet fateri delictum, nè incurrat infamiam.
- 2 Simplicitas est multiplex, & enumerantur species ibi.
- 3 Dolus ex quibus excludatur, & ex quibus præsumatur ostenditur, & nu. 4.
- 5 Compositio à Fisco non debet admitti, nisi obtenta remissione partis.
- 6 Compositiones à Fisco admitti non debent sine justa causa.
- 7 Causæ justæ admittendi reum ad compositionem referuntur.

8 Episcopi habeant in eorum Diocessibus merum, & mixtum imperium, & gratiam faciunt reis, illosque ad compositionem admittunt.

Vicarius Generales facultate ordinaria non potest reos ad compositionem admitttere. ibi.

10 Episcopi tenentur multas, & penas pecuniarias voluntarias applicare usibus piis.

Reus non admittitur ad compositionem, nisi post completam processum. ibi.

Compositio non debet admitti in criminibus gravibus, vel in quibus Episcopus non potest de jure dispensare. ibi.

Compositio etiam à reo spontè oblata non admittitur, ubi non constet factem ex præsumptionibus de delicto. ibi.

14 Episcopus carcerans indebitè, & sine delicto Clericum, peccat mortaliter, & tenetur ad damnam.

15 Episcopus in causis criminalibus clericorum quomodo se gerere debeat præscripti Sac. Congr. Concilii in Decreto quod affertur.

16 Compositiones non debent admitti in delictis, quæ scandalum afferunt, prout est delictum celebrationis plurium missarum eadem die.

Sacerdos pluries celebrans in eadem die peccat graviter, & rejicitur. Anon. ibi, & nu. 18. & 19.

20 Sacerdos celebrans pluries in nocte Nativitatis D. N. Jesu Christi potest puniri.

21 Sacerdos non potest celebrare in die Sabati Sancti.

**E**GO N. reperiens me processatum, & carceratum in hac Curia Episcopali N. pro crimine asserto N. (& explicetur prætensum crimen) licet innocens, & immunis sim à tali delicto, & si fortè in aliquo erravi (quod non credo: nec admitto) ignorans cum simplicitate, & sine dolo feci; nihilominus considerans quod statui meo non convenit lites fovere, & habere cum Fisco; Ideo ut ab expensis, & vexationibus redimar, & ad omnem meliorem finem, & effectum suppliciter exoro Illustris. & Reverendis. D. N. Episcopum, ut velit suprascripto Processui finem, & Fisco silentium imponere, spontè, & totaliter me submitteus ad penam, & penitentiam quam digna-

dignabitur mihi imponere, & assignare, illamque pro gratia profiteor me recepturum, quam &c.

Ita supplico, & isto Ego N.

Recepto hoc libello, Episcopus rescribat -- fiat de actis & citetur pars exequuto rescripto, & habita remissione partis (si adest,) eaque exhibitae, poterit Decretum compositionis extendi modo sequenti, vel simili.

## Form. Decreti Compositionis.

**A**TTENTIS remissione Partis, nec non qualitate Delicti, & delinquentis, ac aliis justis de causis animum nostrum dignè moventibus, supradictum N. inquisitum pro ..... & causa de quibus in Processu, ad compositionem, quam Curiae, & Fisco spontè obtulit, & ad quam admitti postulavit, admittimus, & solutis per eum in manibus Depositarii pœnarum nostræ Curiae scutis ..... ipsum absolvimus, & totaliter liberamus, Fisco silentium imponimus, & pro dicta causa amplius non molestari volumus, & mandamus omni &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

Emanato compositionis rescripto, Reus illud acceptare debet, & in calce ejus se subscribere dicendo.

Ego N. libere, & spontem accepto supradictum Decretum compositionis cum gratiarum actione.

Die ..... acceptum, & publicatum fuit supradictum compositionis Decretum presentibus N. & N. Testibus.

N. Cancellarius.

Si Reus scribere nesciat, tunc Cancellarius cautè agendo, illius instantias in actis referat coram testibus rogati: si verò reus sit absens non admitatur ad compositionem per Procuratorem sine speciali mandato, & data fidejussione compositionem solvendi.

### ADNOTATIONES.

**1 QUOD NON Credo NEC ADMITTO.** Hoc dicitur in libello nè videatur reus fateri delictum: quia hoc esset incurere infamiam facti: exprimitur autem causa cur petatur compositio, idest ad redimendam vexationem nè dicatur fieri ob timorem pœnæ juxtà admonitionem, & cauthelam traditam à Guazzin. ad

defens. reor. defens. 34. cap. 1. num. 8. Gallin. in glos. ad const. Ægid. lib. 4. cap. 14. num. 5.

**CUM SIMPLICITATE, ET SINE DOLO FECI.** Multiplex est simplicitas: alia est columbina, quam Christus Salvator noster docet dicendo -- estote prudentes sicut Serpentes, & simplices sicut Columbæ, Matth. 10. sic fuerunt Job, & Jacob: alia est sim-

O 4 pli-



placitas, quæ opponitur duplicati, de qua loquitur Eccles. 2. *ve duplici corde*, & hæc auget vitam, unde dicitur in Proverb. 2. *qui recti sunt habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea*, alia est simplicitas juris, quæ segnities seu inertia appellatur *l. tertia §. fin. de suspect. tutor.* alia est simplicitas sexus, ut in Mulieribus: alia est simplicitas erroris seu hæretica ut in Rufficus, & talibus simplicibus, modo abfit pertinacia, parcendum est Sebast. Medic. *de leg. & statut. in reperi. cap. erit. 4. distinct. num. 115. & seq. Graff. decis. cur. part. 1. lib. 2. capit. 8. num. 40.*

3. Dolus autem, & Fraus de jure non præsumitur *l. quoties §. qui doloff. de probat.* Dolus malus in jure definitur quod sit omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibita, ut in *leg. prima §. dolum ff. del. dol. & ad infligendam pœnam iste dolus requiritur, non eorum sufficit lata culpa Raynald. observ. crimin. tom. primo cap. 4. §. primo, num. 21. versic. secundo quia, & idem mitius punitur, qui fuit delinquens per culpam latum, quam qui fuit in dolo Medic. loc. cit. num. 114. & latè Guazzin. ad defens. reor. defens. 33. capit. 18. per totum. Item doli, & fraudis suspicio, cessat in homine nobili, probò, & divite Gratian. disceptat. 625. numer. 27. & 28. & in aliis ubi non resultat aliquod lucrum cui dolus imputetur Sperell. decisio 50. num. 69. Rota coram Cavalex. decisio. 398. num. 6. & 7.*

4. Præsumitur tamen ex aliis pluribus. Primò contra eum, qui non facit, quod facere tenetur Panimoll. decisio. 54. annot. 3. num. 50. Secundò ex modicitate pretii. Tertio ex ænormissima læsione. Quarto ex defectu solemnitatum non adhibitarum. Quintò ex fuga debitoris. Sextò est actu clandestino. Septimò in eo qui non transit per viam rectam. Octavo ex mendacio ad mentientis commodum tendente. Has, & plures alias doli præsumptiones refert Sebast. Medic. *de fortuit. casib. part. 1. quæst. 10. num. 19.* Et quod in dolo præsumatur qui utitur cauthelis insolitis dicunt Menoch. *de arbitr. cas. 225. numer. 18.* Sperell. *decisio 5. nu. 52.* Et quod

fraus arguatur ex novitate, quando quid tentatur contra jus, Gaballin. in *glof. ad constitut. Egid. lib. 4. cap. 4. verb. novitate*, & ex celeritate, & vicinitate actus idem Gaballin. *ibidem lib. 4. cap. 79. ver. Conflium.*

5. **ATTENTIS REMISSIONE PARTIS ETC.** Compositio rei admitti non debet, nisi prius concordata sit pars, aliàs non tenet, delinquenti non suffragatur, & Judex peccaret mortaliter Graff. *confl. lib. 5. de pœnit. confl. 1. num. 13.* Guazzin. *ad defens. reor. def. 34. cap. 3. num. 1.* Ricc. *in prax. part. 4. resolut. 121. numer. primo*, Nisi tamen in casu, quo offensus non adesset, vel esset incognitus: vel deorum requisitus, obstinatè recusaret dare consensum: nam in istis circumstantiis admittitur compositio, etiam non obiecta remissione partis Graff. *dict. confl. primo, de pœnitent. num. 24. & 25.* Guazzin. *ad defens. 3. num. quinto.* Verùm si pars offensus renuat præstare consensum remissioni propter interesse pecuniarium, vel estimationem damnorum passorum non liquidatorum; tunc concedenda erit, & admittenda compositio, præstita fidejussione de stando juri, & judicatum solvendi.

6. **ET ALIIS JUSTIS DE CAUSIS.** Compositiones, ut licite fieri possint, & admitti, exigitur juxta causa: non enim hæc commutatio pœnæ debet conferri in personas in quibus non sit medicina correctionis, scilicet in illis, qui soliti sunt delinquere, seditiosi, & malæ famæ, & propterea non nisi procedenter admittendæ sunt ut respondit *de Congregat. Episcop. in Montisfalsci 12. Augusti 1650.* apud Nicol. in *fof. ver. compositio*: Nam si passim admitteretur, occasionem maximam delinquentibus præstarent: unde dicit *tex. in cap. pauper. 11. quæst. 3.* quod nullam reus pertimescit culpam quam redimere nummis existimat.

7. Causæ autem justæ, & rationabiles possunt esse. Prima, quando pœna pecuniaria à reo magis timetur quam alia. Secunda, si reus sit senex, vel ætate minor, nam istis facilius lex indulget. Tertia, temporis lapsus, qui pœnam minuit. Quarta, ubi crimen fuit

commiffum sine dolo, & per simplicitatem. Quinta, quando reus est bonæ æstimationis, & famæ nec est solitus delinquere; & aliæ similes per cordatum Judicem dijudicandæ.

8 **ADMITTIMUS**. Cum Episcopi habeant in propria Dicecesi merum ac mixtum imperium, ac ad instar Principum possint gratiam facere de delictis, saltem de consuetudine, ut communiter firmant Ricc. in *prax. par. 1. resol. 315. num. 4.* & *resol. 203. num. 2. part. 2.* Genuen. in *prax. cap. 55. num. 3. secund. impres. Neap. 1602.* Guazzin. *ad defens. reor. def. 34. cap. 3. num. 6.* Sperell. *decis. 116. num. 78.* & *decis. 128. nu. 56.* Conc. *ref. crim. verb. Episcopus ref. 1. num. 2.* & cæteri ab eis allegati, & non solum respectu ad clericos, sed etiam ad laicos in delictis mixti fori quoties prævenerint Concil. *ibid. num. 8.* & non solum ante Sententiam, sed etiam post latam sententiam, etiam si in ea non sit reservata facultas aggratiandi, ut de veriori tenet Raynald. *observ. criminal. supplement. ad cap. 7. suppl. 7.* & 8. non ambigitur, quod valide, & licite valeant reos ad compositiones admittere, ut ajunt omnes mox citati: Nam cum Ecclesia sanguinem abhorreat, & semper mitius agat cum delinquente, compositio dicitur potius commutatio pœnæ, quam remissio, ut advertit Guazzin. *dict. defens. 34. cap. 1. n. 4.* Est tamen verum, quod est unum de reservatis Episcopo: adeo ut Vicarius Generalis sola sua potestate ordinaria, non potest reos ad compositionem admittere, ut probat Sperell. *dec. 116. nu. 84.* & *seqq.* sed exigitur specialis delegatio.

9 Has autem Compositiones non possunt Episcopi sibi ipsis applicare, sed in pauperes, & pios usus erogare tenentur, ut probavi *tom. 1. tit. 1. annot. ad form. 13. per tot.* & est adeo verum, quod si non faciant, etiam post eorum mortem detrahantur ex spolio: Etenim propositio olim dubio in Sacra. Congregat. Concilii, An pœnæ pecuniaræ, quas Episcopus pro se retinuit post ejus obitum essent deducendæ ex Spolio, *sub die 7. Aprilis 1618.* Congregat. declaravit: *Si Episcopus prædefunctus indiguerit*

potuisse pro eo retinere eas tantum pœnas, quæ à Sacra. Canonibus, vel statutis Synodalibus pro delictis fuerint definitæ, alias vero arbitrarias nequaquam: pœnas vero non residuum, Concubinariorum, ac multas pecuniarias semper piis locis fuisse applicandas, ac proinde si Episcopus pœnas arbitrarias, aut quas Concilium jubet locis piis applicari in alios usus insumpserit, item si alias, ut proponitur limitatas sibi non indigenti retinuerit, his causibus pœnas hujusmodi esse prius deducendas ex Spolio Episcopi, & piis locis, vel usibus applicandas, *lib. 155. pag. 18.*

10 Item advertere debent Episcopi, quod Compositio non admittitur ante completum processum informativum, ac datis defensionibus Sacra. Congregat. Episc. apud Nicol. in *Flosc. verb. Compositio num. 2.* Guazzin. *ad defens. reor. def. 34. cap. 1. num. 2.* & quod eo completo, tunc admittitur Compositio, si delictum non est plene, & concludenter probatum, & reus ex actis non potest in pœnam ordinariam condemnari, ut advertunt Guazzin. *loco mox citato,* & Ricc. in *prax. par. 4. resol. 122. nu. 1.* Item, quod non est admittenda in criminibus gravibus, quibus pœna de jure taxata reperitur, vel merentur depositionem, vel manifesta sunt, aut in quibus Episcopus de jure dispensare non potest, *Graff. d. conf. 1. de pœn. num. 5.* Ricc. in *prax. d. ref. 122. num. 2.* & 3. *part. 4.* Item, quod non est admittenda, neque acceptanda etiam si sponte à reo offeratur, quoties ex Processu non appareat quid substantiale criminis, & non adsint saltem indicia, & præsumptiones, quæ accusatum notabiliter gravent, aut fama vexet: Si enim Episcopus, vel alius Judex Ordinarius sine causa, & delicto componeret, graviter peccaret Guazzin. *d. defens. 34. dict. cap. 1. nu. 2. in fine.*

11 Quæ etiam advertenda erunt in Clericorum captura, & carceratione decernenda: nam si Episcopus ad illam deveniret absque probatione, & existentia, vel saltem vehementibus indicis, & juridicis præsumptionibus delicti, non solum peccaret mortaliter, ut firmat in terminis Guazzin. *Jun. ad de-*

defens. animar. lib. 2. def. 2. cap. 19. n. 9. Sed Censuram Canonis, si quis suadente, non evaderent, Genuen. in prax. cap. 33. nu. 3. Piafec. prax. part. 2. cap. 4. art. 14. de pæn. corp. nu. 2. imò teneretur ad damna, & expensas per Clericum carceratum passa, ut plurimum DD. auctoritate probat Guazzin. loco mox citato, quorum sententiam (quæ communis est apud Farinac. de carcerib. & carcerat. quæst. 27.) amplexa est etiam Sac. Congregat. Concilii in una Comen. 9. Septembris 1702. in responsione ad secundum, confirmata (acriter Fisco Episcopali, & parte informantibus) r. Martii 1704. in qua Episcopum ob indebitam carcerationem Presbyteri, ad refectionem expensarum, & damnorum per carceratum passorum teneri declaratum fuit.

12 Ideoque cum in hoc olim excessisse Archiepiscopum Messan. per viam recursum Congregat. Concilii audivisset sub die 18. Januarii 1589. eidem scribi mandavit, ut in criminalibus, ac pænis exigendis observaret sequentia.

- I. Duobus tantum assessoribus utatur.
- II. Ex quavis levi causa Processus non compilantur.
- III. Carcerati habitandi à Carceribus, eorum sumptibus quanto magis fieri potest patiatur.
- IV. Carcer pro Canonicis fit in loco honesto, & separato.
- V. Carcerati ad correctionem nihil omnino solvant, & pænas imponat pro modo culpa.
- VI. Pænas applicet locis piis, non autem Fabricæ, aut Sacristiæ Cathedralis.
- VII. Negocia absque supplicibus libellis audiatur.
- VIII. Pro litteris monitorialibus nihil prorsus partes solvere teneantur.
- IX. Pro absolutione ab excommunicatione, à juramento præsertim ad effectum agendi, nihil solvi permittat, præter decimam partem aurei pro Notario.
- XI. Non prohibeat quin Parochus post denunciationses possit absque alicuiuscentia conjungere contrahentes.

XII. Eleemosynas, & oblationes Ecclesie Cathedralis Capitulo relinquat, si ejus esse consueverint.

XIII. Candelæ diebus non feriatis quæque durat Officium in Altari Majori accensæ maneant juxta rubricas Missalis.

XIV. Collocutorium Monialium separationem ab Ecclesia curet edificari.

XV. Confessariis Monasteriorum, cui alius quibuscumque licentiam ingrediendi Clausuram non concedat, nisi in casibus necessariis.

XVI. Nec Monasteria Archiepiscopus ingrediatur, nisi in casibus permixta Constitut. Gregor. XIII. quam unguem observet lib. 7. Epistolæ pag. 9. & 10.

13 Rejicienda quoque est propositio in dilectis, quæ licet de juris rigore gravia non repetuntur, occasionem tamen præbent scandali, prout est delictum celebrationis plurium missarum eodem die, quod hodie grave existimatur, & graviter etiam plectitur, ut testantur Genuen. prax. cap. 77. num. 2. Bonacin. de Sacram. Euchar. disput. 4. quæst. ult. puncti. 7. num. 10. vers. verum Ricc. in prax. par. 1. n. 312. vers. quare Pac. Jord. lucubr. tom. 1. lib. 4. tit. 1. nu. 70. Et Presbyterum quendam Ludovicum Congum de hoc crimine in Urbe convictum, Eminentissimus Card. Vicarius ad Ergastulum per triennium damnavit: pœnaque in carceribus exacta, cum postea ad Sac. Congreg. Episcop. reus recursum habuisset pro absolutione ab irregularitate, quam incurritur timebat, die 15. Decembris 1084. sic rescriptum fuit — Sac. Eccl. censuit si Sanctissimo D. N. placuerit, supplicationem posse signari in forma Commissario Eminentissimo Urbis Vicario directæ, qui pro suo arbitrio, & prudentia Oratorem super præmissis absolvat, & ad suorum ordinum exercitium, ac Beneficia rehabilitet, ac dispenset. Est enim delictum commissum contra prohibitionem expressam Canonum in cap. sufficit 53. de consecr. quæst. 1. & cap. consulisti de rebr. Missar. quos non tantum consultare, sed præcipere, & prohibere, tenet. Sen.

Sententia communis Canonistarum, quam docent Menoch. *de arbit. lib. 2. cas. 407. nu. 4.* Ricc. *dict. resolut. 312. num. 1. art. 1.* Pac. Jordan. *dict. lib. 4. tit. 1. nu. 76.* ubi dicit damnatum esse sententiam illorum, qui tenent non esse de jure prohibitum pluries in die celebrare Pignatell. *consul. 1. nu. 1. & 2. tom. 4.* ubi dat concordantes, & contra facientes peccare mortaliter tenent expressè Navarr. in *Manual. cap. 25. num. 87.* Barbof. in *dict. cap. sufficit n. 3. de consecr. distinct. 1. Pignatell. dict. nu. 1.*

14 Cavendum propterea est ab opinione P. Ameni in *tract.* (quem edidit Venetiis anno 1700.) *de pœn. tit. 8. §. 2. num. 29.* ubi firmat quod DD. *Text. in cap. sufficit, & cap. Consulisti* consulant solummodo, & non præcipiant, & concludit sic. *Cum igitur nec contra jus Divinum, nec contra præceptum Ecclesiæ sit repetita celebratio, videre nescio quomodo mortaliter peccet Sacerdos celebrans pluries in eadem die.* Et progrediens ulterius *nu. 32.* addit sequentia. *Adverto autem quod potest etiam dari necessitas ex parte Sacerdotis, si nempe pauper esset, ejus fundi patrimoniales periissent, & sibi sustentanda esset Mater, aut Nepotes pauperes, & elemosyna unius Missæ, utpotè tenuis minimè sufficeret ad manutentionem Sacerdotis, & familie suæ &c. sequitur ex hoc, quod ex tali necessitate adactus Sacerdos, si omni diligentia adhibita ne sequatur scandalum, bis celebret in die, non peccat.* Et sic dum voluit Thesaur. *de pœn. Eccles. par. 2. vers. Missa cap. 5.* contrariam sententiam sequentem reprehendere, enormiter lapsus est, mereatur ipse reprehendi.

15 Quia opinio Authoris est contra communem sensum DD. & Ecclesiæ: nemoque, quem viderim (nec ipse allegat) inter casus, in quibus jure antiquo permittebatur eadem die Sacrum reiterandi, enumerat paupertatem Sacerdotis, ut videre est apud Glos. in *d. cap. consulisti verb. necessitati de celebrat. Missar. Nicol. lucubr. Can. lib. 3. tit. 41. nu. 2.* & alios supra allegatos: Cum evidens sit, quod necessitas, de qua loquitur *text. in d. cap. consulisti*, respicit Populum, & Ecclesiam, non autem necessitatem privatam

celebrantis, ut admonendo Episcopum Gerundensem declaravit Sac. Cong. Episc. *de anno 1588. ad 4.* prout refert Pag. in *c. in ordinando nu. 37. de Simon.* cujus decreti tenor ibi relatus talis est. *Ad quartum Super licentiis bis celebrandis, ac pecuniis, quæ pro illorum expeditione, ut asseritur solvuntur, miratur Sac. Congregatio agi de his licentiis concedendis: nam id non nisi ex magna necessitate fieri debet, & magna cautela, ut puta in locis ubi perpauissimi sunt Sacerdotes, vel adsint impedimenta Adversariorum fidei, vel quid simile, quæ cessant eo in loco, ubi vix evenire possint alii casus à jure permitti, nec concedi potest hæc licentia ab Episcopo generaliter, quasi privilegium alicujus Sacerdotis, sed tantum in aliquo casu particulari necessitatis causa ab Episcopo examinanda.* Quibus bene perpensis, doctrina hujus Auctoris censuram Congr. Indicis non valuit effugere, nam ejus liber damnatus fuit.

16 Punibilis quoque esset Presbyter, si pluries quam semel in nocte Sanctissimi Natalis Domini celebraret: Nam, & si jure communi inspecto in *cap. nocte 48. de consecr. dist. 1.* quilibet Sacerdos in hac solemnitate possit ter celebrare: tamen semel tantum hoc facere licet in nocte *Navar. cons. 1. de celebr. Missar. Graff. decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 40. num. 3.* Bonacin. *de Sac. Euch. disp. 4. quest. ult. punct. 9. num. 6.* & ita servandum esse decrevit *Congreg. Ritum 7. Decemb. 1641.* quod per extensum refert Lantusch. *Theatr. Regul. verb. Missa nu. 5.* Cum enim nonnulli Regulares assererent licere in Nocte Nativitatis Sacerdotibus plures Missas celebrare, & audiri super hoc institerent, dicti *Congreg.* eorum rationibus auditis, nullo modo licere, sed omnino prohibendum respondit. Et cum abusus iterum tam in Urbe, quam extra resurgeret: denuò observantia dictorum Decretorum à Sac. Congregat. Visitationis Apostolicæ *7. Decemb. 1602.* & Edito Eminentissimi Card. Vicarii strictè demandata fuit, ut patet ex sequentibus provisionibus.

Eminentissimi, e Reverendissimi  
Signori.

**I**L Sacerdote Carlo Confrueti Oratore  
humilissimo dell'EE. VV. espone ri-  
verentemente esser introdotta tanto in  
Roma, come fuori in alcune Chiese,  
la celebrazione delle tre messe basse nella  
mezza notte della Nascita di Nostro Si-  
gnore il che è contro la forma della Ru-  
brica del Messale *de hora celebrandi Mis-  
sam Rubr. 15.* e contro i Decreti, & di-  
chiarazioni altre volte fatte da questa Sac.  
Congregazione, de quali se ne dà qui  
sotto copia.

Si supplicano per tanto l'EE. VV. d'  
altra promulgazione, e Decreto per to-  
gliere tal'abuso, &c.

„ **C**um superioribus diebus consulta  
„ hac Sacra Rituum Congregatio-  
„ ne. An esset permittendum celebrari in  
„ media nocte Nativitatis Domini post  
„ Missam decantatam, successivè alias  
„ duas Missas, & in eis Sac. Commu-  
„ nionem exhibere fidelibus illam depo-  
„ scentibus, & respondisse non esse per-  
„ mittendum, sed omnibus utrumque  
„ prohibendum. Nihilominus nonnul-  
„ li Regulares afferentes hoc licere, sup-  
„ plicarunt audiri, & Sac. Congregatio,  
„ ipsis auditis cum Procuratoribus, &  
„ Advocatis ad relationem Eminentissi-  
„ mi Pallotti, stetit in Decretis, & re-  
„ spondit: Iterum prohibendum, tam  
„ Sacerdotibus celebrare volentibus,  
„ quam confluentibus in media nocte ad  
„ Ecclesiam, & Communionem depo-  
„ scentibus. *Die 7. Decembr. 1641. Quo-  
„ rum Decretorum duplicata expedita  
„ fuerunt die 9. Augusti 1653. in Regist.  
„ fol. 44.*

Riferiti per extensum come sopra dal  
P. Ottavio Maria di S. Giuseppe nel suo  
libro intitolato *Mille Interrogationes, &  
responsiones* stampate nel corrente anno  
1702. fol. 290.

*Sacra Congregatio Vistationis Aposto-  
licæ attentis narratis, supplicem  
hunc libellum remisit Eminentissimo*

*Domino Cardinali de Carpiuo SS.  
Domini Nostri in Urbe Vicario pro  
observantia Decreti Sacre Congre-  
gationis Rituum sub penis Eminentie  
sue bene vixit. Romæ 7. Decembri  
1702.*

Loco ✠ Sigilli.

I. de Totis Secretarius.

## EDITTO

**G**ASPARO per la Misericordia  
di Dio Vescovo di Sabina della  
S. R. C. Card. di Carpegna del-  
la Santità di N. Sig. Vicario  
Generale &c.

„ **E**ssendosi introdotto in alcune  
„ Chiese di Roma, che nella No-  
„ te del S. Natale di Christo Signor No-  
„ stro si amministra il Santissimo Sagra-  
„ mento dell'Eucharestia alli Fedeli, e  
„ dopo detta la prima Messa si celebra-  
„ no anche l'altre due nell'istessa Notte,  
„ che essendo contro la Rubrica del Mes-  
„ sale Romano *de hora celebrandi Missam,*  
„ e contro i replicati Decreti della Sacra  
„ Congregazione de Riti emanati sotto  
„ li 7. Decembre 1641. sotto li 9. Agosto  
„ 1653. ed in una *Pisaven. 20. Aprilis*  
„ 1664. e successivamente ingiunta l'esse-  
„ cuzione di detti Decreti dalla Sacra  
„ Congregazione della Visita Apostoli-  
„ ca sotto li 7. del corrente mese. Però  
„ ordiniamo che in tutte le Chiese Pa-  
„ triarcali, Basiliche, Collegiate, Pa-  
„ rochiali, Nazionali, Regolari dell'  
„ uno, e l'altro sesso, ed altre di quell'  
„ Alma Città, in qualsivoglia modo pri-  
„ vileggiate si osservino inviolabilmen-  
„ te li detti Decreti in modo che ecce-  
„ to la prima messa da dirsi (dove però è  
„ solito) doppo la mezza notte, non si  
„ possano celebrare l'altre due se non  
„ nell'ora prescritta dalla detta Rubrica,  
„ e dalli nostri Editti. Di più non si per-  
„ metta in conto alcuno, che li fedeli  
„ com-

„ comunicano nell'istessa notte , e ciò  
 „ per evitar l'inconvenienti , potendo fo-  
 „ disfare alla loro divozione nel giorno  
 „ del S. Natale, sotto pena in caso di con-  
 „ traventione di ciascheduna delle cose  
 „ sudette di privazione dell'Ufficio alli  
 „ Superiori , Officiali , e Ministri delle  
 „ Chiese , ed altre à nostro arbitrio , e li  
 „ Sacerdoti , che celebreranno , o che  
 „ amministrano il SS. Sacramento de l'  
 „ Eucaristia faranno da noi sospesi per  
 „ venti giorni à Divinis , tutte volte si  
 „ costarà la transgressione . Dato in Ro-  
 „ ma dalla nostra solita Residenza que-  
 „ sto dì 18. Decembre 1702.  
 „ G. Card. Vicario .

N. A. Cuggiò Segr.

17 Sicuti nec licitum est Missas priva-  
 tas celebrari in die Sabbati Sancti in qui-  
 buscumque Ecclesiis , & Oratoriis , non  
 obstante quacumque contraria consuetu-  
 dine , prout Papa approbante , suo De-  
 creto Generali statuit ead. Congreg. Rit. 11.  
 Martii 1690.

Edicti gestationis Habitus Cleri-  
 calis , et Tonsuræ.

FORMULA VI.  
 S U M M A R I U M .

- 1 Episcopus debet publicare Edictum , ut Clerici deferant habitum , & tonsuram .
- 2 Clerici Minorum Ordinum non Beneficiati tenentur deferre habitum Clericalem causativè .  
 Clerici Beneficiati , & alii in Sacris constituti non deferentes habitum Clericalem peccant , & Beneficiis ipso jure absque monitione privantur . ibi .  
 Constitutiones Papales non indigent acceptione Populorum , sed obligant statim , ac sunt publicatæ . ibi .
- 3 Habitus Clericorum qualis esse debeat .
- 4 Episcopus non potest mulctis , & pœnis cogere Clericos non Beneficiatos ad inserviendum Ecclesiæ Cathedrali diebus festis .
- 5 Præsbyteri , an & quando possint cogi ad inserviendum Ecclesiæ

- Cathedrali ostenditur , & num. 6 .
- 7 Exemptio Clericorum à tributis , & collectis est de jure Divino .  
 Clerici , qui dispositioni Sac. Canonum subiaci renuunt , sunt privandi privilegiis Clericalibus . ibi .
  - 8 Clerici privati non possunt privilegiis Clericalibus , nisi precedat trina monitio , & Decretum privationis .
  - 9 Clerici si non sunt privati ser. ser. gaudent privilegiis Clericalibus , etiamsi non incedant in habitu .
  - 10 Clerici non tenentur ad pœnam damni dati , sed solum ad estimationem noxe , & n. 12. ubi non adest Edictum Episcopi .
  - 11 Coloni Clericorum tenentur ad pœnam damni dati , & ad onera Communitativa pro portione Colonica .
  - 13 Clerici non tenentur ad onera imposta pro communi utilitate contribuere , nisi concurrat eorum consensus , & Beneplacitum Apostolicum .
  - 14 Clerici non subjacent Edictis Gubernii laicorum .
  - 15 Clerici non tenentur solvere collectas pro fructibus in eorum bonis recollectis , nec fructuum emptores , dummodo onera non sint realia , & invariabilia .
  - 16 Clerici filii familias testari possunt , etiamsi non habeant requisita , cap. 6. sess. 23. de reform. .
  - 17 Clerici non habentes requisita Concilii privilegium fori amittunt absque alia monitione , adhuc tamen possunt à Judice Ecclesiastico repeti , & puniri , si privilegiis Clericalibus privati non fuerunt .
  - 18 Clericus reassumens habitum in fraudem , potest à Judice laico , coram quo fuit præventus , constringi , & condemnari quoad bona .
  - 19 Episcopus potest procedere contra Clericum pro Delicto , de quo fuit à Curia laica absolutus , quamvis Clericatus renunciaffet .
  - 20 Judex laicus delegatione Papæ fit competens in causa Clerici .
  - 21 Clerici deferentes arma contra prohibitionem Episcopi possunt puniri , etiamsi non capiantur infragant ,

grant, sed per testes fuerint visi.  
 22 Episcopus potest augere pœnam cano-  
 num, & ut processus per inquisitionem  
 fiant, edicere.

23 Clerici, qui deferunt scilopum venato-  
 rium raro, & moderatione servata,  
 & nunquam habitu Clericali dimis-  
 so, non sunt processandi.

**P**resenti publico Edicto monentur, & requiruntur omnes Clerici hujus Civitatis, & Diœcesis, qui nec in Sacris sunt, vel aliquod Beneficium non obtinent, ut juxta dispositionem Sac. Canonum, Sac. Concil. Trident. & Constitutionum Apostolicarum, ac Synodaliũ, Edictorumque desuper emanatorum, Habitum Clericalem decentem, & tonsuram continuò deferre debeant, & in Divinis deservire, præsertim in diebus festivis, cum cortis seu superpelliceis mundis in eorum Ecclesiis Parochialibus, aliisque quibus fuerint adscripti, & hoc sub pœna transgressoribus non fruendi immunitate gabelarum, aliorumve onerum laicalium, præter alias pœnas in prædictis Edictis, Canonibus, & Decretis contentas, & circa præjudicium non gaudendi fieri privilegio juxta dispositionem ejusdem Sac. Concilii Trid. & ut prædicta omnia suum sortiantur effectum, & contra transgressores procedere possimus, præcipimus, & mandamus eisdem Clericis sub eisdem pœnis, ut in termino... ad nos deferre debeant fidem cum juramento Parochi Parochialis, seu loci in quo habitant de delatione habitus, & tonsuræ, et de servitio in Divinis, ut supra præstito: alias contra ipsos procedetur ad executionem, et declarationem prædictarum pœnarum. Quæ omnia teneantur etiam observare Clerici absentes ab hac Civitate, et Diœcesi in Parochia loci ubi morantur.

Præterea Parochi, et Rectores tam Civitatis, quam Diœcesis sub pena suspensionis à Divinis latæ sententiæ nobis reservata infra... et deinde... in anno ad annos transmittere teneantur notam veram, et realem propriis eorum manibus subscriptam, de servitio in Divinis in eorum Parochialibus præstito juxta supra præscriptam formam per Clericos infra ejusdem Parochiæ fines degentes. Ne autem quis ignorantia clypeo circa prædicta se merrari possit, præsens Edictum Valvis Ecclesiæ Cathedralis, te in aliis locis publicis Civitatis & Diœcesis affigi jussimus, et vim habeat, et ardeat omnes, ac si cuilibet fuisset personaliter notificatum. Datum, etc.

N. Episcopus N.

Loco ✻ Sigilli.

N. Cancellarius.

#### ADNOTATIONES.

1. Hoc edictum, quod fuit desumptum à formula extradita à Sac. Congreg. Immunitatis usque de anno 1626. Episcopo Averfano, hodie ad reprimendam multorum Clericorum procacem libertatem, videtur ubique necessarium. Redierunt etenim tempora deplorata à Concilio

Trident. sess. 14. cap. 6. in quibus tanta aliorum inolevit temeritas, & Religionis contemptus, ut proprium honorem, & dignitatem parvipendentes, vestes publicè deferant laicales. Unde ut malum hoc quod in dies (cum maxima disciplina Ecclesiasticæ deformatione) augetur, ab Ecclesia (quantum possibile erit depellatur) curabit Episcopus in principio re-

regiminis suæ Ecclesiæ, ut publicetur, & exequatur.

**2 QUI NEC IN SACRIS SUNT, VEL ALIQUOD BENEFICIUM, NON OBTINENT.** Et sic edictum loquitur de Clericis primæ Tonfuræ, & Minorum Ordinum non beneficiatis, qui de jure communi non cogantur deferre Habitum clericalem nisi causatiuè, quatenus velint gaudere privilegiis clericalibus, ut notant Abb. & alii in cap. fin. de cleric. conjung. Ricc. decis. cur. Archiep. Neapol. 62. num. 2. part. 2. Genuen. prax. cur. Archiep. Neapol. cap. 43. num. 1. secund. impres. Neapolitan. 1602. pag. 280. monendi sunt ut illum deferant, ut possint illis privati declarari quatenus non obediunt. Ceteri enim Beneficiati, & in Ordinibus Sacris constituti, etiamsi habitum non deferant, adhuc gaudent privilegio clericali, licet peccent mortaliter, & plecti debeant, ut monet Leo Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 7. de excommunic. num. 152. Graff. de effect. clericat. effect. 1. num. 913. & beneficiis privati: imò ipso jure, & ipso facto, absque ulla monitione, citatione, aut Judicis Decreto privati dicuntur: adeo ut vigore Constitut. 92. Sixti V. ipsa Beneficia vacant, & uti vacantia aliis liberè conferri valeant quoties clericalem habitum non deferant Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 26. num. 92. Rot. coram Caccia decis. 1290. nu. 1. & coram Molines in Barchinonen. Beneficiorum 15. Aprilis 1704. §. arctius; in quibus decisionibus firmatur, quod non juvet allegare non usum dictæ Constitutionis Sixtinæ, quoniam Garz. de benefic. par. 7. cap. 1. num. 23. Barbol. supra Concil. cap. 6. sess. 14. de reform. num. 4. in fin. Cortiad. decis. 119. n. 53. idem tenentes fuerunt reprobat, ex eo quia adversus Constitutiones Papales non potest allegari non usus, vel contrarius usus; cum enim Pontifices habeant immediatam potestatem à Deo absque ulla dependentia à Populo, illorum Constitutiones statim, ac editæ sunt dicuntur effectuatæ, & obligant sine ulla ope acceptationis subditorum, juxta comunem Canonistarum, & Theologorum sententiam Rot. coram Merlin. decis. 714. num. 4. 5. & decis. 260. num. 15. part. 15. recent. & in individuo de dicta Constitut. Sixti d. dec.

1290. num. 2. coram Caccia, & in d. Barchinonen. §. ceterum.

**3 HABITUM CLERICALEM DECENTEM.** Idest ordini congruentem ac statui clericali: qui enim laicum in veste vult emulari, & habitum Clericalem decentem non vult deferre potest puniri, ut de Clericis in minoribus ordinibus constitutis dicit Genuen. in dict. cap. 45. num. 2. Clericalis igitur habitus est ille, qui præscribitur ab Episcopo juxta dispositionem Concilii cap. 6. sess. 14. Si verò ab Episcopo non præscriberetur, debet esse talis, ut Clerici distinguantur à laicis, ita quæsito respondit Petr. Paul. Guazzin. tract. ad def. Animar. lib. 2. def. 1. cap. 13. num. 26. ibi. Qualis autem debeat esse iste habitus Clericalis &c. Tit. dic. quod ille est habitus Clericalis, quo secundum loci consuetudinem discernuntur Clerici à laicis, & Graff. de effect. Cleric. in prælud. num. 277. correspondet dicendo -- Clerici non debent uti vestibus superbis, & laicalibus, sed congruentibus statui, & ordini Clericali, prout fuit determinatum in 6. Concilio Constantinopolit. Can. 27. & in secundo Niceno Can. 16. &c. hodie tamen attentata Constitutione Sixti V. superius recensita, vestis talaris est proprie habitus Clericorum dicit enim ibi Pontifex -- habitum Clericalem vestes scilicet talaris, quæ verba non sunt strictissime, & nimis intelligenda, sed moraliter, & cum æquitate.

**4 ET IN DIVINIS DESERVIRE.** Quamquam Episcopus non possit multis, & penis cogere Clericos, non beneficiatos, vel Beneficia personalem residentiam non requirentia possidentes, ut Ecclesiæ Cathedrali saltem diebus Festis inferviant, declaravit Sac. Congregat. Concilii in Amerina 15. Januar. 1639. lib. 16. decis. pag. 137. sic rescribendo -- Ab Episcopo non potuisse Sacerdotes, & alios Clericos nulla, vel tantum simplicia beneficia obtinentes, etiam Diocesana Synodi auctoritate compelli ut Dominicis, & aliis diebus Festis ad Ecclesiam Cathedrali accederent, & Missis majoribus, & aliis Divinis Officiis intersint, sed si aliquis adesset in ordinatione servitio dicte Ecclesiæ Cathedralis adscriptus, qui locum inconsulto Episcopo desereret, interdicens



dum erit tantummodo Sacrorum exercitium juxta cap. 16. sess. 23. de reform. potest tamen illos monere ut inserviant, quatenus velint gaudere Privilegiis Clericalibus, quod est diverfium.

5 Et si ageretur non de simplicibus Clericis, sed de Sacerdotibus pro necessitate, & utilitate Ecclesie Cathedralis ad titulum Patrimonii ordinati, qui de redditibus extraordinariis ejusdem Ecclesie participarent in quibus una simul cum Patrimonio eorum congrua sustentatio confisteret, possent cogi ad inserviendum juxta aliud Decretum ejusdem Congreg. in Naxien 22. Augusti 1631. quod est sequens--  
Ad 2. respondit si hujusmodi Sacerdotes ad servitium Ecclesie Cathedralis in ipsa ordinum susceptione vigore Decreti prædefuncti Archiepiscopi hæcenus executioni demandati eidem Ecclesie servitium præstare consueverint; nec non Patrimonia ad quorum titulum sunt ordinati, una cum redditibus extraordinariis, qui ex ipsa Ecclesia percipiuntur ad honestam ipsorum sustentationem sint sufficientia, posse utique a suo Archiepiscopo compelli ad præstandum servitium, quod ejusdem Ecclesie necessitas, & utilitas requirit, lib. 14. decr. pag. 491.

6 Si verò ob parvum numerum Canonicorum, & deficientiam Mansionariorum, servitium Ecclesie Cathedralis detrimentum pateretur: tunc erit recurrendum ad Sac. Congregat. Concilii, quæ solet indulgere, ut possint cogi Presbyteri, qui habent Beneficia, vel Cappellanis in Cathedrali ad inserviendum Missis solemnibus pro Diacono, & solemnibus, assignata illis aliqua emolumentorum portione, prout indulfit Episcopo Civitatis Plebis sub die 21. Junii 1631. tribuens eidem sequentem facultatem -- Eminentissim. P. P. impartiti sunt Episcopo facultatem, ut pro necessario servitio sue Ecclesie cogere possit quodlibet die Festo duos ex obtinentibus Beneficia seu Cappellanas in eadem Ecclesia, ut dum Missa decantatur duo ex eis per turnum inserviant, alter in officio Diaconi, alter in officio Subdiaconi, & pro eorum stipendio applicanda esse quolibet anno scuta decem monetæ ex multis, & pœnis Curie Episcopalis, quæ inter dictos Beneficiatos, habita ratione servitii præstiti, in fi-

ne anni dividi debeant lib. 14. decr. pag. 459. Sola enim potestate ordinaria Episcopus hoc demandare, neque statuere potest; nec minus multis Præbiteros simplices non de gremio Capituli, si non inserviant gravare, ut sæpè eadem Congreg. declaravit, & nuper in terminis paucitatis numeri Mansionariorum in Auximana 19. Augusti 1702. quam retuli tom. 1. tit. 2. annot. ad form. 4. nu. 32. cum aliis decretis concordantibus, & in Signina 15. Decembris 1703. nisi adfit contraria consuetudo Sac. Congreg. Concilii in Trojana 20. Septembr. 1704. & in Bellicastren. Servitii 15. Novembr. 1670. & 21. Augusti 1708.

7 NON FRUENDI IMMUNITATE GABELLARUM. Servientibus Templo tributum non inducitur, ut habetur, in lib. 3. Esdr. c. 8. ibi- *Vovis autem dicitur, ut omnibus Sacerdotibus, & Levitis, & Sacris Cantoribus, & Servis Templi nullum tributum, neque ulla alia indiditio irrogetur, & concordant Divina oracula Gen. 47. n. 8. & 18. Matth. 17. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 20. de refor. cum innumeris relictis à Graff. de effect. Cleric. effect. 1. n. 3. & plurib. sequent. Bellet. disq. Cleric. part. 1. tit. de exempt. Cleric. & eorum d. bon. §. 1. Verum quia frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem cap. in audientia, & cap. contingit il 2. de Sentent. excommunit. ideò Clerici Minorum Ordinum, qui Statuta Sacrorum Canonum observare detrahant, privandi sunt exemptionibus, & privilegiis Clericalibus, ut pluries referit Sac. Congreg. Immunit. & præsertim in Aquilana 5. Martii 1641. in qua sic respondit -- Episcopo, quod Clericis delinquentibus, & non incedentibus in habitu, & tonsura, non inservientibus Ecclesie, fiat præceptum cum termino competenti, sub pena privationis Privilegiorum Clericalium, quod si non paruerint poterit procedere ad illorum privationem ser. ser. qua sequuta gaudere non potuerunt lib. 3. dec. Paul. fol. 139.*

Et in Castren. die 21. Martii 1645. Episcopum opportunè posse providere duobus suppositis inconvenientibus, quod primum faciendo præceptum Clericis non inservientibus Ecclesie ne incedentibus in habitu, & tonsura clericali, & decenti, ut intra terminum competentem præstentur in

infervant, & incedant ut sup. sub pœna privationis privilegiorum Clericalium, & si pro dicto termino non paruerint ser. ser. illos declaret privatos lib. 3. dec. Paul. fol. 246. à ter.

Et in Anglon. 15. Jul. 1654. -- Episcopus curet in promovendis cõcurrere requisita Concil. Trid. in c. 4. 5. 6. & 16. de ref. sess. 23. & ordinatos incedere in habitu, & tonsura Clericali, & in servare Ecclesiis quibus fuerunt adscripti. Recusantes autem id adimplere cum præfixione termini competentis sub pœna privationis privilegiorum, eo elapso ser. ser. declarat non gaudere privilegio clericali, lib. dec. Rocchi, fol. 565. à tergo.

8. Ex quibus resolutionibus edocetur Episcopus non solum quid agere debeat contra non deferentes habitum; sed admonetur, quod procedendo ad privationem privilegiorum, debet servare ordinem juris, & quod non sufficit Edictum generale quo monentur Clerici ad gestandum habitum, & in servandum Ecclesiis: nam requiritur trina monitio (de qua paulo infra) & decretum privationis, ut respondit in una Bignan. in qua sub die 18. Nov. 1653. proposito dubio An Clerici prævio præcepto incedendi in habitu, & tonsura, & in servandi Ecclesiæ, si contraveniant, gaudeant privilegii clericalibus? Sac. Eccl. respondit declarandos esse ser. ser. privatos privilegii clericalibus, lib. 5. dec. Paul. fol. 24. à tergo.

9. Et quod si ita privati non fuerint, gaudeant privilegio exemptionis ab oneribus realibus, & personalibus, etiam si non incedant in habitu, & tonsura, & Conc. Trid. requisita non habeant, pluries respondit ead. Congr. & præsertim in Aprutina 6. Mar. 1635. in qua sic habetur Clericos gaudere exemptione ab oneribus personalibus nec non realibus, etiam si non incedant in habitu, & tonsura, & Ecclesiæ non infervant lib. 2. dec. Paul. fol. 218.

In Florentina 13. Junii 1640. -- requisita S. C. Trid. c. 6. sess. 23. de reform. non requiri nisi respectu privilegii fori ab ipsis Clericis allegati; secus vero respectu exemptionis à gabellis, pro qua sufficit solus character clericali, lib. 3. dec. Paul. fol. 119. à tergo.

Et in Fanen. 27. Febr. 1646. censuit, Oratores ex solo charactere clericali, etiam si non habeant alia requisita in c. 6. sess. 23. de reform. gaudere debere exemptione, & immunitate ab

Monacelli Form. Pars II.

impositionibus laicalibus l. 3. dec. Paul. f. 273.

10. Ex quibus resolutionibus probè inferitur, quod Clerici, nisi servatis servandis priventur, gaudeant etiam cæteris privilegiis clericalibus, quamvis non habeant requisita Concilii, nempe. Primò, quod non teneantur ad pœnam damni dati ab eorum Colonis, seu Custodibus Animalium; sed tantum ad extimationem noxæ, quando damna non fiunt studiosa culpa eorundem Custodum juxta declarationem ejusdem Congr. in Firmana 9. Oct. in Assisen. 13. Nov. in Anagina 4. Decembr. 1629. lib. 2. Dec. Paul. fol. 8. 12. & 15. Nisi tamen adesset Edictum Episcopi quo etiam Ecclesiastici pro damnis datis quamvis non studiosis multarentur ad formam litterarum ejusdem Congr. circularium emanatarum 6. Jul. 1680. quarum tenor talis est.

La Santità di N. S. non intende che li Ministri, e Lavoratori di persone Ecclesiastiche siano convenuti altrove, che nel Tribunale Ecclesiastico per le pene de danni dati, ne che intorno à dette pene li medesimi soggiacciano à Statuto laicale, mà perche la S. M. di Clem. VIII. concede gli emolumenti di tali pene alle Communità dello Stato Ecclesiastico per una certa risposta annua, che le medesime fanno alla R. Camera, affinché resti provvisto all'indennità loro, hà S. B. comandato che V. S. per Editto publico dichiarari le pene nelle quali devono incorrere i Ministri, e lavoratori di Persone Ecclesiastiche per li danni che fanno gli Animalì dellì medesimi Ecclesiastici, e venendo il caso del danno dato, proceda sommarimente alle pene comminate per Editto, applicandole sempre à beneficio di cotesta Communità, ò suo Affittuario, e regolandosi al solito intorno alla quantità della pena, in modo che la Communità non riceva alcun pregiudizio, così eseguisca, &c.

11. Hoc tamen privilegium non suffragatur eorum Colonis, qui tenentur ad pœnas damni dati, & ad onera communitativa pro portione colonica, ut Sacra Congreg. Boni Regiminis respondit Gubernatori Perusie 21. Decemb. 1682. etiam si sint Coloni Cardinalium ibi -- gli ordini che circolarmente si danno affinché ciaschedun Colono indistintamente paghi le pene de danni dati, & i pesi communitativi, comprendendo anche i Coloni dell' Ab-

P ba-

*badia di sasso vivo posseduta dal Sig. Cardinale Altieri Camerlengo.*

12. Est tamen advertendum, quod dicta Epistola quamvis sit circularis, adhuc servanda, & exequenda erit in locistantum, & Diœcesibus Status Ecclesiastici in quibus Communitates jus exigendi pœnas damni dati à Camera Apostolica obtinuerunt titulo oneroso, & quæ effectivè eidem annuam præstationem solvunt: in cæteris verò ejusdem Status locis, quæ Indultum exigendi dictas pœnas, & onus solvendi præstationem respectivè non habent, vel aliud Statutum specificè confirmatum simile non viget: non tenentur Episcopi, Edictum (de quo loquitur Epistola) publicare: sed quoad Ecclesiasticos (quorum Animalia damna inferunt) erit servanda juris dispositio, juxtà declarationes Sacr. Congregat. Immunitatis supra allegatas: Quia cum talis provifio emanaverit ad servandas Communitates indemnes ob onus præstationis annuæ injunctum: non debet, nec potest compræhendere loca, quæ tale onus non habent: cessante enim qualitate à lege specificata, cessat etiam dispositio ipsius legis, vel ut alii dicunt, ubi non militat ratio, & finis legis, nec legis dispositio militare debet *leg. quod dictum est ff. de pact. Navar. consil. 23. n. 5. de sentent. excomm. Donat. prax. rer. regul. tom. 2. part. 2. tract. 4. quæst. 39. n. 11. Zacch. de Salar. quæst. 6. num. 17. ubi dat concordantes. Idèdque eadem Sacr. Congreg. Immunit. Episcopo Pisfaurensi, qui post receptam Epistolam de hoc dubitaverat, respondit ut infra.*

*Illustre, e molto Reverendo Signore come fratello Nella Causa de danni dati, e ordine di N. S. che V. S. senza attendere la lettera, che questa Sacra Congregazione le scrisse sotto li 6. Luglio prossimo passato lasci correre l'uso inveterato in cotesa Città, il che à V. S. si significa per suo governo, Diola contenti. Roma 18. Gennaio 1631.*

Di V. S.

Come Fratello.  
G. Card. Carpegna.

*Mons. Vescovo di Pesaro.  
Il Patriarca d' Antiochia Segr.*

13. Secundò ut non teneantur contribuere taxæ impostæ pro manutentione Phisici, Chirurgi, & Ludimagistri, quamvis utantur illarum opera *Sacr. Congreg. Episcop. in Pennen. 2. Augusti 1619. Sacr. Congreg. Immunitat. in Ariminen. 4. Maii 1700. five pro refectione Pontium, Fontium, & Murorum. Nam licet ad opera imposta pro communi utilitate, & commoditate, quæ respicit æque principaliter laicos, & Clericos, si non vicinativa, saltem directiva, contribuere teneantur, ut probant relati à Grassi. de effect. claricat. effect. 3. num. 202. & 203. & à Zach. de Salar. quæst. 5. num. 9. & 109. Hoc tamen debet intelligi in aliquo casu extraordinario, & subsidiario, idèst, quando bursa laicorum exhausta est, & opera prædicta communia aliter manutineri, & refici non possint: nisi per contributionem Clericorum: non autem, ut possint annuali taxa, & præcisa necessitate non urgente gravari, ut communiter tradunt Grassi. ubi supr. à n. 206. ad 247. Quarant. in summ. Bullar. verb. veſtigal. vers. item Bullar. Bellet. de Cler. part. 1. tit. de exempt. cler. & ver. bou. à mun. pub. §. 2. per tot. Tondut. quæst. benef. tom. 1. part. 1. cap. 30. n. 5. & 6. Ventrigl. prax. part. 1. annot. 14. num. 25. cum aliis allegatis in famigerata Brundusina Gabella coram Pen. quam per extensum refert Ricc. prax. ver. fur. Eccl. par. 3. ref. 141. At concurrentibus requisitis cap. non minus, & cap. adversus de Immun. Eccles. recurrentibus laicis, solet à Sede Apostolica dari facultas Ordinario, ut Ecclesiasticos omnes, tam Sæculares, quam Regulares, accedente eorum consensu, pro rata commodi, & utilitatis proportionabiliter faciat pro dictis operibus contribuere. Non enim sufficeret solus consensus Clericorum, & quod vellent spontè onus subire, & immunitati renunciare, sed copulativè requiritur assensus Apostolicus, cum Clerici huic privilegio toti Ordini jure Divino, Cæsareo, & Canonico concessio, renunciare non valeant Bellet. ubi supr. Ricc. collect. 165. ampl. 1. Sperell. de immunit. tom. 1. cap. 1. dub. 14. sect. 1. per tot. & c. dub. 13.*

*lib. 13. Nicol. Lucubr. Canon. lib. 5. tit. 39. de sentent. excom. num. 120. Sac. Congreg. Immut. in Januen. 19. Febr. 1627. lib. 1. decr. Paul. fol. 26. à tergo, & cavetur expressè in Bulla Leonis X. la 7. §. 40.*

14. Tertiò ut in manutentione Anno-  
næ, traditione notulæ, extractione fru-  
menti, ordinationibus servandis tempore  
pestilentia, prohibitionibus transmittendi  
per fenestra immunditias, non vende-  
miandi, &c. non subiaceant Edictis Gu-  
bernatoris, seu Magistratus laicorum;  
sed in his, & similibus bonum publicum  
respicientibus, Episcopus suo Edicto de-  
bet se conforme provisionibus laicalibus;  
sic sæpè declararunt, & fieri debere res-  
ponderunt *Sacr. Congreg. Episcop. in Nea-  
politana Nuncio Apostolico 3. Septembris  
1591. & 23. Augusti 1593. in Ferrar. 29.  
Julii 1592. in Fulginaten. 28. Novembris  
1594. in Parmen. 14. Octobris 1598. & in  
Januen. 30. Junii 1599. Et Sac. Congr.  
Immutat. in Tarentina 12. Decembris  
1651. lib. 4. decr. Paul. fol. 171. & in Fo-  
rolivien. 14. Decemb. 1655. lib. 5. fol. 81. à  
tergo. Cum hac tamen advertentia,  
quod nunquam sint relativa ad Edicta  
laicorum.*

15. Quartò, ut non tantum ipsi Cle-  
rici si vendant (etiam minutatim) sed  
neque ementes ab ipsi vinum, frumen-  
tum, legumina, & cæteros fructus re-  
collectos in propriis bonis, teneantur ga-  
bellam solvere, ut respondit *Sacr. Cong.  
Immutat. in Ornitana 24. Julii 1628. lib. 1.  
Decr. Paul. fol. 101. Panormitana 7. Junii  
1633. lib. 2. Dec. fol. 160. Conversanen. 4.  
Jan. 1653. lib. 5. Decr. Paul. fol. 5. à ter-  
go, & in Ferrar. 24. Martii 1654. lib. 5.  
Decr. Paul. fol. 36. Quamvis fructus præ-  
dicti provenirent ex bonis acquisitis ex  
hæreditate, donatione, vel emptione:  
dummodò onera non sint realia, certa,  
& invariabilia, ut firmatur in citata  
*Brundusina gabelle coram Pen. pluries à  
Sac. Congregat. Immunitatis laudata,  
& approbata, & præsertim in Fanen.  
20. Januarii 1637. lib. 3. Decret. fol. 22.  
Montis Realis 11. Augusti 1638. libr. 3.  
Decret. fol. 69. & in Faventina 2. Julii  
1647. lib. 4. Decr. fol. 15. Quod privilegium  
locam habet etiam in Statu Urbini non**

obstante Bulla Pii IV. allegari solita à  
Gabellaris, quæ videbatur obitare; prout  
declaraverit eadem Sac. Congr. Immut.  
Die 29. Januarii 1636. in una *Pisauren.* in  
qua hæc habentur: *facta relatione de in-  
tentione Sanctissimi Domini Nostri super  
observantia Bullæ Pii IV. Sac. Congrega-  
tio censuit servandam resolutionem ab ead-  
dem Sac. Congregatione factam 16. Julii  
1627. scilicet non esse observandam, cum  
non habeat locum nisi in oneribus more reali-  
libus, certis, & invariabilibus, & esse  
personaliter respectu Ducis, atque revocatam;*  
ideo *præter onera Cameralia noluit alia on-  
era vigore dictæ Bullæ esse solvenda, lib. 2.  
Decr. Paul. fol. 242. à tergo. Neque tenen-  
tur ad onera extraordinaria olim imposi-  
ta à Ducibus pro salariis Judicum, &  
Baroncell. Sac. Congreg. Immunit. in Urbi-  
naten. 18. Augusti 1699. lib. 2. Decr. Vallem.  
pag. 152. à tergo.*

16. Quintò, ut etiam in patria potesta-  
te constituti licitè possint disponere, & tes-  
tari de bonis quolibet modo ad eorum do-  
minium post Clericatum perventis, vel  
quæ ut Clerici suis laboribus, & industria  
acquisiverunt, cum illa ad quasi castren-  
se peculium pertineant *ex text. in §. Pres-  
byteros Auth. de Sanctiss. Episcop. cap. quia  
nos de testam. cap. 1. ibique gloss. de success.  
ab intest. cum aliis iuribus allegatis à Pia-  
sec. prax. Episcop. par. 2. cap. 5. sive ult. de  
bon. mens. num. 53. Bellett. disq. cleric. par.  
1. tit. de bon. cler. §. 6. n. 9. & §. 7. num. 5.  
Pirhing. in jus can. lib. 3. tit. 26. §. 4. n. 32.*

Verùm quòd hoc privilegio Cleri mi-  
norum ordinum non gaudeant, & de eo  
censeantur privati eo ipso, quod non ha-  
beant requisita Concilii *cap. 6. sess. 23. fir-  
mant Rot. dec. 34. num. 18. & seqq. & decis.  
92. n. 10. & per tot. par. 17. recen. in quibus  
dec. recedit à Sententia, quam prius tenuer-  
at in dec. 533. per tot. par. 14. sed huic se-  
cundæ Rotæ Sententiæ adhærendum non  
videtur, tanquam de directo oppositæ re-  
latis Decretis, & aliis concordantibus  
Congr. Conc. quæ afferri *Pignatell. consult.  
7. n. 81. tom. 3. ubi inter alia adest sequens.**

*Tudertina. Achille Palamonte da To-  
di Chierico di prima Tonsura le supplica à  
fargli gratia di dichiarare se esso Oratore  
per non essere andato in habito, e tonsura,*

habbia perduto il privilegio concesso à Clerici di prima Tonsura dalla L. Sacrosancta Cod. de Episcop. & Cleric. di poter testare, & acquistare etiam quoad usum fructum vivente Patre, ovvero habbia perduto il privilegio del foro solamente del quale parla il Concil. Trid. sess. 23. cap. 6.

Die 20. Februarii Sacr. Congregat. Concilii censuit: Decretum ejusdem Concilii c. 6. sess. 23. non admesse Clericis non habentibus, qualitates, quæ ibidem exprimuntur, nisi privilegium fori, cætera verò remanere in dispositione juris communis. Unde declarationibus Sacr. Congreg. (quas & ipsa Rota venerantur) standum erit; Cum de jure communi Servitium Ecclesiæ non exigatur, ut Clericus gaudeat privilegio, cap. Odoardus de solut. dummodò incedat in habitu Clericali, ut pluries respondit eadem Congreg. Concilii teste eodem Pignatell. loco citato, & novissimè declaravit in Romana 7. Julii 1703. certumque proinde fit, quod privilegio fori non habentibus requisitis cap. 6. sublato, cæteraquæ de jure competunt non censetur ablata, nisi in Canone reperitur expressum, vel ab homine privati non fuerint, Gonzal. ad reg. 8. Gloss. 3. §. 5. num. 7. 8. & 9. & bene firmavit decis. 533. par. 14. & utraque Congregatio in præallegatis Decretis: cum satis fit, quod deficientia requisitorum Concilii operentur effectum ad quem fuerunt inducta: sicuti de Clerico damnato ad perpetuum carcerem dicimus, quod non reddatur per hoc inhabilis ad testandum: nisi ex genere delicti propter quod damnatur inhabilitas inducatur, ut bene probat Passerin. in cap. quamvis num. 2. de pœn. in 6.

17. NON GAUDENDI FORI PRIVILEGIO. Clerici non habentes requisita Concilii cap. 6. sess. 23. de reform. fori privilegium amittunt absque alia monitione, Gallem. ibi vers. Si verò in fine, Sacr. Congregat. Immunit. in Lycien. 7. Septembris 1624. si tamen delinquant (licet non possint allegare privilegium fori, neque teneatur Episcopus illos vindicare à Curia Sæculari) possunt tamen puniri ab Episcopo, & ad hunc effectum repeti à Judicibus laicis,

quatenus prævenerint, & si adhuc Clerici permaneant: hoc est si à jure, vel ab homine ser. ser. per Declarationem factam privilegiis Clericalibus adhuc privati non sint, ut respondit Sacr. Congreg. Concilii 12. Novembris 1630. quam refert Pignatell. consultat. 46. num. 9. tom. 1. & probant aliæ autoritates quas cumulat idem Author Consult. 20. per tot. tom. 3. & magis præcisè casus subnexus.

Clericus primæ Tonsuræ à Die quo fuerit ordinatur per septem annos continuos non incesit in habitu, & Tonsura: imò intra dictum tempus exercuit Officium Judicis, commisso delicto, fuit à Judice laico inquisitus, citatus, & domi sistere jussus, sed arrepta fuga, & reassumptione habitus, capit Ecclesiæ inservire. Pro sua directione supplicat Episcopus Nicien. declarare.

- I. An iste Clericus gaudeat privilegio fori.
- II. An Episcopus possit Judici laico fundanti super notorietate, & reassumptione habitus in prædem, inhibere ne procedat quoad personam, nec quoad bona, donec ipse cognoscatur, an gaudere debeat?
- III. An saltem id possit visis litteris primæ tonsuræ.
- IV. An contra Judicem laicum nihilominus non desistentem possit procedere ad censuras.
- V. An possit Episcopus hanc causam sibi vindicare.
- VI. An debeat?

Die 30. Maii 1676. Sacra Congregatio Concilii respondit ad omnia affirmativè. Et concordant antiquorum Decreta emanata 10. Decembris 1599. & in Papien. 23. Maii 1626.

18. Quod si in reassumptione habitus adsit fraus (quam Judex Ecclesiasticus inspicere debet) tunc Judex laicos poterit prosequi causam, & Processum, quoad bo-

ad bona, seu compositionem Clerici, non autem quod personam Sacr. Congreg. Immunit. in Reatina 10. Septembr. 1629. lib. 2. Decret. Paul. fol. 6. à tergo, & in Civitatis Castellanae 18. Febr. 1631. lib. 2. Decr. fol. 96. & Sacr. Congregat. Concilii in diocesi Papien. & recenter in Sabinen. contra Clericum conjugatum, in qua casus sic exponebatur -- Nicolaus Pedocchia Clericus conjugatus non servans requisita Concilii, sed factus Miles, armistitiis, & aliis operibus Militaribus arma tractare solitus non tamen in bello, conventus fuit in Curia Seculari pro emendatione damni dati ab ejus animalibus, mediante mandato contra ejus bona, non verò contra personam: reus conventus post motum judicium habitum, & consuram reassumpsit, ac militiam dimisit; unde contingit dubitari, an dictus Clericus, dimissa militia, & reassumpto habitu gaudere debeat privilegio fori? Die 30. Martii 1686. Sacr. Congreg. Concilii respondit Negativè in casu de quo agitur.

19. In casu autem quod Clericus Clericatu renunciasset, & postea de delicto inquisitus esset per Curiam laicam absolutus: adhuc contra illum Curia Episcopalis posset, & deberet procedere, ut respondit Sacr. Congr. Concilii in una Salernitana 19. Septembr. 1682. in qua exposito, quod Raphael Azalonus, qui Clericatu solemniter renunciavit inquisitus de quodam homicidio, fuerat à Curia Seculari absolutus: supplicabat mandari Episcopo, ut se tali causa abstineret: Sacr. Congregat. censuit Episcopum debere in hac causa procedere lib. 32. decr. fol. 458.

20. Animadvertendum præterea est, quod privilegia Clericorum mox supra recensita, & exemptionis, necnon Judicis Ecclesiastici in eos privativa Jurisdictionis, generaliter locum habent de jure communi ubique locorum: At ubi adest vel specialis Papæ delegatio Principi Seculari concessa, judicandi causas Clericorum Minorum Ordinum certi loci, & in certis delictis, prout in Criminalibus hanc facultatem habere Venetos ex Indulto Pauli II. & Clem. VII. afferunt DD. relati à Grassi. de eff. Cleric. eff. 1. num. 27. & 28. & sine dubitatione Monacelli Form. Pars II.

affirmant moderniores, nempe Fagnan. in cap. ad audientiam num. 122. de rescrip. Raynald. obser. Crim. tom. 1. c. 7. §. 1. n. 239. vel viget Consuetudo immemorabilis (quæ habet vim privilegii) pura capiendi Clericos Minor. Ordin. portantés arma de nocte, & puniendi pœna civili, prout vigere in Gallia asserit Navar. conf. tom. 2. lib. 5. de senr. excomm. conf. 28. tom. 1. aut patranes aliquod exemplare delictum: tunc non erit insistendum in dispositione juris sed legis particularis loci, cujus vigore Judex laicus, fit capax, & competens Judicium ferendi in dictos minores Clericos ex traditis à Navar. loco citato, & à Grassi. dist. effect. 1. n. 338. non quidem jure proprio, sed de mandato Superioris Ecclesiastici, & ut Minister Ecclesiæ Grassi. dec. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 152. vers. Quintus.

21. Si autem agendum esset contra Clericos transgressores Edicti circa delationem armorum, debent Episcopi advertere, quod licet plures DD. teneant, quod non possint pœna comminata in Edicto puniri, nisi cum armis fuerint deprehensi, quos referunt, & sequuntur Ricc. decis. 257. num. 2. part. 2. Zuff. de legit. proces. annot. ad Constat. Barberin. num. 104. nihilominus istorum opinione rejecta, quando Edictum simpliciter prohibet delationem armorum: nè clypeo deficientiæ probationis corporis delicti per capturam infraganti, Clerici audaciores evadant, & sine pœnæ timore delatione armorum abutantur, & occasio delinquendi illis præbeatur, contra eos, qui per testes visi fuerint arma portare, etiam per inquisitionem (reo citato) procedere poterunt, vel ad pœnas spirituales juxta dispositionem Text. in cap. quicumque 23. quest. 8. & cap. 2. de vit. & honestat. Clericor. vel pecuniarias, habito respectu ad qualitatem armorum: Cùm enim hodie de jure Canonico in quolibet delicto procedatur per inquisitionem, & ex Officio Raynald. observat. crimin. tom. 3. cap. 34. §. 10. num. 6. prohibente Stato sive Edicto delationem armorum, Judex potest procedere contra illa portantem per inquisitionem, etiamsi non sit captus in-

fraganti per Birruarios, ut rejectis contrariis tenet Conciol. *resolut. criminal. verb. arma resolut. 11. num. 1. & 5.* cum alijs ab eo allegatis.

22. Quæ conclusio ad praxim deduci poterit contra Clericos præsertim in Sacris Ordinatos, qui frequenter contra prohibitionem Episcopi utuntur, & deferunt Sclopum Venatorium: Nam Episcopus ex causa, & pro morum reformatione, sicuti potest augere poenam Canonum *cap. ult. de transact. cap. sicut dignum de homic. Abb. in cap. licet n. 2. de Offic. Judic. Ord. Ricc. in prax. for. Eccles. part. 2. resolut. 206. num. 1. versic. secundo*: itaut abusus tollatur, ut processus delationis dicti Sclopi ex officio, & per inquisitionem fiant indicere, & pœnas pecuniarias (moderatas tamen) exigere, Vulpin. succ. Farinacc. *par. 12. quæst. 108. num. 13. Ameno de delict. & pœn. tit. 7. §. 1. num. 16.* attento maximè, quod sententia, quæ tenet, quod deferentes arma contra prohibitionem Statuti, sive Edicti, non possunt puniri, nisi cum armis depræhendantur, procedit de æquitate, non autem de juris rigore, ut fatetur Zuff. *loco citato n. 105.*

23. Dixi qui frequenter Sclopo venatorio utuntur cohærendo Decreto Sac. Congregationis de quo infra *in annot. ad form. sequentem num. 2.* nam si bis, terque quaterque in anno Clericus etiam in Sacris constitutus, moderatione, & modestia servata, ac nunquam habitu Clericali dimisso, in Saltu, vel agro ad necandas aves recreationis gratia Sclopo venatorio

uteretur, non esset processandus, nec puniendus, sed cum eo connivendum, & dissimulandum *Glof. in cap. 1. de Cleric. venat. nunquam tamen licentia explicita dispensandum per ea quæ dixi part. 1. tit. 6. annot. ad form. 4. per tot. & in Appendic. annot. ad liter. Sacr. Congregat. circa Offic. in dec. num. 25. pag. 360. & tradit quoque Conciol. resolut. crim. verb. arma resolut. 24. num. 2. & 5.*

Monitionis faciendæ contra Clericos non incedentes in habitu Clericali.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

- 1 Datur modus procedendi contra Clericos qui Edicto non parent.
- 2 Clerici incedentes personati possunt excommunicari.  
Clerici recitantes in Comedijs propolis sunt coerceri poena excommunicationis ferenda Sententiæ. ibi.  
Clericis potest prohiberi ab Episcopo delatio Sclopi sub poena suspensionis à Divinis ipso facto incurrenda dummodo fiat in Sacris. ibi.
- 3 Clerici non possunt privilegijs Clericalibus privari nisi trina monitio præcesserit.  
Unica monitio habet vim trium, quando hoc disponit Statutum à Sede Apostolica approbatum, vel est factum in Synodo. ibi.

N. Episcopus N.

**CITETUR, ET MONEATUR** Clericus N. ad incedendum assidue in habitu, & tonsura Clericali decenti; nec non abstinendum à ludis, negotiis, & Officijs Clericis de jure prohibitis, inserviendumque saltem diebus Festivis Ecclesiæ N. cui fuit adscriptus cum cotta, seu superpelliceo, juxtâ formam, & dispositionem Constitutionum Synodaliū Edictorum emanatorum, & Sac. Concilii Tridentini Decretorum: ac incedere, abstinere, & inservire respectivè docendum infra termino dierum . . . . . alias termino elapso, & se paruisse in actis Curia non docto, videndum per Illustrissimum Dominum Episcopum sive illius Dominum Vicarium Generalem declarari, ipsum non gau-

gaudere Privilegiis Clericalibus, imò facto proprio illis esse privatam.  
Et hoc primo, & prima monitione. Instante N. Promotore Fiscali Curiae Episcopalis N.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. **CITETUR, ET MONEATUR.**

Facta publicatione Edicti generalis super delatione habitus Clericalis, de quo in præcedenti Formula, si unus, vel plures Clerici illud spernant, & adhuc more laicorum se gerant, & Episcopus judicet expedire, ut priventur privilegiis Clericalibus: capta prius ad instantiam Promotoris Fiscalis per examen testium informatione, de non gestatione habitus, & Edicti transgressione, eodem Promotore instante decernat fieri contra eosdem monitiones, prout in formula; quibus personaliter exequutis (si fieri potest, sin minus Clericis latitantibus, Domi dimissa copia in manibus domesticorum,) prima, secunda, & tertia vice, cum aliqua inter eas dierum interpolatione, accusataque singulis vicibus in actis contumacia; si moniti non compareant, neque alio modo doceant de paritione: tunc reproductis monitionibus legitime exequutis, ac repetitis juribus, & processu, Promotor instabit pro declaratoria privationi Privilegiorum: Quam Episcopus vel ejus Vicarias Generalis ad id facultatē habens poterit concedere juxta formulam inferius subjiciendā.

2. **DE JURE PROHIBITIS.** Præter alias occupationes indecentes Clericis à jure prohibitas, quas alibi tom. 1. enumeravi, subjacent censuræ etiam sequentes, nempè. Si tempore Baccanaliū incedant: personati: nam per Episcopum contra illos hæc agentes pœnam excommunicationis imponi potuisse declaravit *Congreg. Concil. in Mantuana. 10. Aprilis 1645.* nisi hoc faceret in domibus Confanguineorum, vel Clerici essent forenses *lib. 17. Dec. pag. 469.* Item si recitent in Comediis; nam quoad prophanas posse pariter Episcopum statuere contra Clericos, sive Presbyteros recitantes pœnam excommunicationis ferendæ sententiæ;

declaravit eadem *Congreg. in Sulmonen. 22. Augusti 1665. lib. Dec. 24. fol. 584.* Item eadem *Congregat. damnando delationem armorum in Sarsinaten. 12. Augusti 1645.* responsum dedit Episcopo, ipsum potuisse Edicto publico imponere Clericis in Sacris constitutis pœnam suspensionis à Divinis ipso facto incurrendam deferentibus. Archibusum: itaut illum deferentes absque licentia dictam pœnam ipso facto incurrant, & si incurti celebrassent irregulares evasisent *lib. 17. Dec. pag. 499.* Cœteris enim Clericis Minorum ordinum cum possint ad Sæcularia redire, & habitum exuere; talis pœna non convenit: quia non peccant, ita graviter Navar. *Manual. Confes. par. 2. c. 25. n. 110. vers. quia alius;* sed possunt aliis penis puniri.

3. **ET HOC PRIMO; ET PRO PRIMA MONITIONE.** Monito debet esse trina, neque sufficit una pro tribus, etiam cum longissimi temporis spatio, prout sunt text. expressi in *cap. in audientia, &c. contingit il 2. de sentent. excom. clem. Diœcesanis ubi gloss. de vit. & bon. cler. & in terminis nostris docent Grass. de effect. cleric. ff. 1. n. 896. cum duobus seq. Fagn. in d. cap. contingit num. 8. & ratio secundum Grass. cur requiratur trina, & non sufficiat unica est; quia is, qui est pluries monitus si non desistit, dicitur contemnere, & ideo propter contemptum exuitur Privilegio Clericali. Sufficeret tamen unica in duobus casibus. Primò in locis in quibus ex dispositione statuti à Sede Apostolica approbati, unica monitio, (quando quis monendus est) sufficit, prout adesse in Regnis Hispaniarum refert Grass. loco citato n. m. 899. Secundò quando monitio jam facta esset in Synodo, nam tunc generalis monitio, etiam quod sit unica tantum sub pœna privationis Privilegii clericalis habetur loco trinae monitionis, ita ut ex contraventione, ipso jure amittatur privilegium Clericale, ut per doctrinam*



Hof. Jo. Andr. Anchar. Card. & Butr. in cap. 2. ne cler. vel Monac. tenent Graff. ubi supra num. 900. & generaliter quod Constitutio Synodalis habeat vim triplicis monitionis tradunt communiter, Gratian. in cap. 36. n. 1. secund. impress. Neap. 1602. Belletr. disq. cler. par. 1. de favor. pers. §. 8. num. 4.

His præcognitis, si Episcopus vult ad Decretum privationis procedere, uti poterit formula sequenti.

**V**is actis ex quibus constat Clericum N. loco N. nostræ Diocesis post publicationem nostræ, Edicti, non incessisse, neque modò incedere in habitu, & tonsura Clericali decenti, neque ulli Ecclesiæ inservire: sed more laicorum se gerere ludis negociisque, & officiis Clericis per Sac. Canones prohibitis sese immiscere, & implicare, visis monitionibus ter repetitis, & contra eundem executis, & reproducis: attenta illius contumacia, & contemptu Christi nomine invocato, auctoritate nobis tam à jure, quam à Decreto Sac. Congr. Immunitatis de Urbe concessa, dicimus, & pronunciamus præfatum (seu præfatos) Clericum N. (seu N. & N.) monitis nostris, imò verius sacrorum Canonum parere recusantem, non esse dignum privilegio clericalibus, sed factò proprio illis esse privatum, & gaudere non debere, nec posse volumus, & declaramus omni, &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

#### ADNOTATIO.

1. Si verò facienda sit declaratio contra Clericum, qui in fraudem habitum clericalem reassumpsit, & pronanciandum non gaudere fori Ecclesiastici privilegio, tunc Episcopus probè pensatis, tum moribus Clerici reassumentis, tum loci, temporis, & facti circumstantiis fraudem arguentibus: si ita pro aliorum exemplo, & justitiæ complemento, sibi expedire videatur, poterit (parte tamen instante) ad sequentem declarationem devenire. Animadvertendo, quod ut Clerici non incedentes in habitu clericali privilegiis clericalibus priventur non requiritur, quod simul, & semel se immisceant negotiis à Sac. Canonibus vetitis, sed sufficit si non incedant: nam expressio negotiorum prohibitorum, quæ fit in monitione, & declaratoria, ponitur suprabundanter.

Declaratoriæ privationis privilegiorum Clericalium.

#### FORMULA IV.

#### SUMMARIUM.

1. Ad privandum Clericum privilegio clericalibus sufficit, quod non incedat in habitu clericali.

Declaratoriæ privationis privilegii Fori.

#### FORMULA VII.

#### SUMMARIUM.

1. Clerici reassumentes habitum in fraudem Judex Ecclesiasticus debet declarare eos non gaudere privilegio fori. Clerici reassumere possunt habitum clericalem quandocunque, & statim eximuntur à foro laico, nisi ad fraudem, quam Judex Ecclesiasticus cognoscit, ibi.

2. Clerici, qui per octo menses jugiter incesserunt sine habitu clericali dicuntur extorres.

Clerici, qui non deferunt coronam clericalem dicuntur comam non esse.

trire, & non gaudent privilegio  
ibi.

- 3 Clerici qui reassumunt habitum, postquam Episcopus illos privavit privilegii nihil proficiunt.
- 4 Clerici, qui ser. ser. fuerunt privilegii Clericalibus privati, possunt à iudicibus laicis puniri etiam in Criminalibus, & redditur ratio.
- 5 Episcopi in privandis Clericis privile-

giis clericalibus moderatè procedere debent, & illos, qui se emendant (si privati sunt) redintegrare.

- 6 Canones, qui externa ordinant per consuetudinem abrogantur, non autem hi qui mores, & disciplinam informant, qui sunt immutabiles.
- 7 Qui non potest citari personaliter, citatur Domini, & qui non habet Dominum citatur ad Valvas.

**I**N Caufa N. inter N. & N. Clericum ass. loci N. hujus nostræ Diœcesis, visis iuribus hinc inde deductis, dicimus dictum N. Clericum qui per .... menses seu annos) sine habitu, & tonsura clericali incessit, & requisita Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. non habuit, & pro laico se gessit, & reputatus fuit; Habitum Clericalem, quem dimiserat, & nunc defert, in fraudem Iudicii contra eum moti in foro Sæculari N. reassumpfisse, & propterea in dicta Caufa fori nostri Privilegio, quod allegavit, non gaudere declaramus: Iudicemque laicum contra eundem quo ad bona tantum, & compositionem civilem procedere, & processum terminare usque ad executionem exclusivè, posse decernimus omni &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1 Quæ praxis servanda erit etiam in aliis casibus in quibus Clericus uti laicus incedens delinquit, & postea ad effugiendam pœnam fori laici habitum Clericalem reassumit; tunc enim si de mandato Iudicis laici, vel alias de facto capiatur à Iudicibus fori sæcularis, & Iudex Ecclesiasticus illum ad se remitti requirat, remittatur, vel in carceribus laicis suo nomine retineri declaretur, debet pariter citato Fisco laicali declarari an foro Ecclesiastico gaudeat nec ne; ut si contingat pronunciari non gaudere, constet, & appareat judicialiter Iudices laicos non propria auctoritate Clericos distinguere, sed Ecclesiæ: Nam licet Clerici non habentes requisita Concilii Trident. fori privilegium allegare non valeant: nihilominus, quoties non fuerint, ut supra privilegii clericalibus privati, possunt quodcumque habitum clericalium dimissum reassumere, & reassumendo, statim remanent exempti à jurisdictione Iudicis laici saltem quoad personam, qui non poterit pro-

cessum prosequi, nisi fraus adsit, quam Iudex Ecclesiasticus debet recognoscere, ut declaravit Sac. Congr. Immun. in Cusentina 16. Septemb. 1630. in qua sic respondit: De iure Clericos quodcumque posse reassumere habitum, illosque post reassumptionem exemptos esse à jurisdictione laicali; sed si fraus subsit, quam Iudex Ecclesiasticus inspicere debet, posse Iudicem laicum Processui finem imponere, & contra illos realiter quoad bona procedere, lib. 2. Dec. Paul. fol. 88. & in Reatina, & Civitatis Castellana, quas retuli supra annot. ad Form. Edicti gest. habit.

2 Tunc autem Clerici primæ Tonsuræ, & Minorum Ordinum reputandi erunt extorres, ut ab Ecclesia non mereantur defendi, si per octo menses sine habitu Clericali jugiter incesse compertum erit sicuti enim in Gallia, qui per quatuor ex rescripto Leonis X. de quo meminit Piassec. prax. Episc. p. 2. c. 4. art. 3. de pers. rei n. 12. possunt à Iudicibus laicis capi, & incarcerari; ita in Italia, qui per 8. menses habitum non deferant, desertores dicendi erunt, Guazzin. jun. ad defens. axim. lib. 2. def. 7. addit. ultim. n. 2. qui verò tonsuram  
five

sive coronam deferre erubescunt, comam nutrire existimantur, *cap. duo sunt genera 12. quæst. 1. clem. 2. junct. glos. de vit. & honest. cleric. & notat Graff. dec. aur. part. 1. lib. 3. c. 3. nu. 2. his verbis — Tonsura est illa, quæ vulgo dicitur la Chierica. Et hanc tonsuram, quam dicimus clericam inquit ibi glos. quod altiorem, & majorem debet habere Monachus, quam Clericus. Et qui hanc non portat in capite ad modum spheræ dicitur nutrire comam, ita notatur in cap. prohibete dist. 23. Et per consequens qui utrunque non desert Privilegio non gaudet, Graff. loco citato num. 2. Bellett. disq. cler. par. 1. tit. de favor. person. §. 8. nu. 8. Ricc. dec. cur. Arch. Neapol. part. 4. decis. 154. nu. 8. & 9.*

3. Hinc igitur est, quod si moniti ad incendendum in habitu, & tonsura obedire detrectent, & vellent reassumere post declarationem factam ab Episcopo, qua illos Privilegiis clericalibus exuit modo supra notato, nihil proficerent, quia sequuta declaratione remanent de foro sæculari, & possunt à Judicibus laicis conveniri, & oneribus personalibus, & realibus gravari, ut advertit Fagnan. in cap. contingit il 2. n. 5. de sent. excommunic. & notat etiam glos. in cap. 1. de Apostat. verb. liberari, ibi — Si verò tertio essent admoniti, & se non correxerunt, nullo Privilegio postea gauderent, & in cap. perpendimus verb. cogantur de sentent. excommun. ibi — Dic quod manendo Clericus non potest renunciare, sed apostatando ab habitu suo, post trinam admonitionem Privilegium amittit, ipso enim facto se privat, & concordant Barbof. de Offic. & Potest. Episcop. alleg. 12. nu. 31. Sperell. decis. 125. nu. 10. circa fin. Panimoll. decis. 14. n. 10. 30. & 54.

4. Quæ fortius hodie videntur adversus hujusmodi Clericos, quoad privilegium fori, attenta dispositione Concilii Tridentini, quod jus commune correxit: nam facta declaratione per Judicem Ecclesiasticum non habere requisita Concilii, poterunt tam in Civilibus, quam in Criminalibus à Judicibus laicis judicari, & puniri, ut probant mox allegatæ auctoritates: & juxta hoc factum fuit, quia hi Clerici, qui moribus corruptis

Clericatum deturpant, & ut liberius vitii vacent, & legum poenas effugiant sub Canonum protectione fraudolenter confugere studuerunt, sunt ab Ecclesia eliminandi, non protegendi, nè qui sunt nequam, fiant nequiores Clem. 1. de offi. Ordin. & quia Reipublicæ magis confutur, & minus periculum est, ut delicta remaneant impunita, & fraus in fraudulenti caput retorquetur, ut in terminis nostris advertit Fagnan. in cap. si quis num. 75. vers. neque obstat de for. comp.

5. Verum tamen est, quod Episcopi, aliivè Judices Ordinarii Ecclesiastici, devenire non debent ad supradictas declarationes privationis privilegiorum, & fori in casu, quo à prædictis Clericis delinquentibus reassumantur habitus, nisi in causis merè civilibus, vel criminalibus levibus, multa pecuniaria, aut Exilio regulariter redimi solitis: ac ubi agitur contra Clericos fraudulentos, vitii deditos, & immorigeros zelo tamen justitiæ, & non amore vindictæ, scilicet non ut odium exerceatur, sed ut pravitas corrigatur, Gloss. in cap. mali 34. 23. quæst. 4. Cæterum in Delictis gravibus, pœnam ordinariam, aut corporis afflictivam merentibus cautius est, ut nihil agant, nisi consulta Romana Sede. Eos autem, qui ad bonam frægem redire volunt amplectantur, & factò experimento emendationem esse veram, redintegrent, quia privatio ob requisitorum defectum non est perpetua, & respicit possessionem solumque durat, requisitorum deficientia durante ad text. in cap. ultim. ibique Gloss. verb. suis facultatibus de vit. & honest. Cler. & in clem. 1. verb. quamdiu tit. eod. Zecch. de republ. Eccles. tit. de Cleric. num. 6. vers. Tertio Clericus in minoribus constitutus, & Decreto Sacr. Congregat. Episcop. citato in Orien. 31. Julii 1590. tenet in puncto Palserin. in cap. 1. n. 30. de Cleric. conjug. & sic disciplinam Cleri foveant, & tueantur, neglecto disterio, quod Canones sint antiquati.

6. Etenim Spiritus Ecclesiæ, qui per omnes temporum ætates, regit & informat, est semper idem, & non minus hodie, quam olim: optat modestos, castos,

stos, & Sanctos Clericos; & Sacerdotes: non minus hodie quam olim avaritiam, ambitionem, illicitas negociationes, aliaque vitiorum monstra in suis detestatur Ministris: Canones autem, alii sunt rituales, qui externa ordinant: alii mores informant, & disciplinam: primi facile per consuetudinem, & temporum spatia variantur; quia moribus immutatis Sacros quoque ritus variare consequens fuit, id exigente temporum conditione, quae pristinae consuetudinis distinctionem semper in eodem statu manere non patitur (sunt verba Cardinal. Bonæ in tract. ver. liturgic. lib. 1. cap. 18. §. 1.) & de his intelligitur illud vulgatum: Canones per Consuetudinem abrogari: aliud planè de secundis, quibus morum disciplina exprimitur: nam quod Canonibus istis statuitur, aut vetatur, jure naturali, ac divino præscriptum quoque, ac vetitum sit, rationem quasi perpetuam habere censentur, vel adjunctam habere solent, tanquam ab intrinseco bonam, vel malam, & sic immutabiles, & invariabiles; & his applicatur illud *Sancti Thomæ* 2. 2. qu. 97. art. 3. ad 2. si maneat ratio eadem propter quam prima lex utilis erat, non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit. Et propterea quantum temporum difficultates pariuntur, & necessitas, & loca permittunt, Patrum disciplina servanda erit.

7. Advertendo, quod si monitiones exequi non possunt personaliter, quia reus non invenitur, vel latitat, ut in principio notavi: tunc citatur Domus solita habitacionis, & si non habet Domum in certo loco, citatur ad valvas, ex regula, quod impediens ne citetur, habetur pro citato cap. quoniam frequenter §. porrò, ut lit. non contest. ibique Gloss. Rot. coram Seraphin. decis. 1094. num. 3. Passerin. de elect. cap. 11. quest. 6. num. 48.

Monitionis pro remissione Clerici carcerati à Curia laica ad Tribunal Ecclesiasticum.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM

1. *Judex Ecclesiasticus requirit Judicem laicum ut remittat Clericum captum, dum constat de clericatu.*  
*Clericatus quomodo probetur ostenditur ibi.*
2. *Clericus captus à Curia laica, debet remitti Judici Ecclesiastico quamvis non habeat requisita Concilii.*
3. *Clericus captus à Curia laica si non docet de clericatu potest, ab eadem retineri, donec Judex Ecclesiasticus pronunciet ipsum gaudere privilegio fori.*
4. *Episcopus ubi adest abusus frequenter delinquendi, potest facultatem tribuere Ministris laicis clericos capiendi.*
5. *Clericus est remittendus ad suum Judicem cum decencia, alias Judex laicus posset puniri.*
6. *Judex laicus renuens remittere Clericum ad suum Judicem excommunicacionem incurrit eo ipso.*
7. *Episcopi qui omittunt immunitatem Clericorum, & jurisdictionem Ecclesie defendere, peccant graviter, & possunt ab officio deponi.*
8. *Processus constructus contra Clericum coram Judice laico, quam probationem faciat ostenditur.*

N. N. Vicar. General.

**N**overitis vos infrascripti, ad nostram notitiam pervenisse, per lictores Curiae vestrae laicae captum fuisse Clericum N. loci N. de cujus Clericatu nobis constat modoque in Carceribus laicalibus N. detineri: Cumque prædictus

dictus Clericus, non nisi à nobis privativè processari, nostraque familia armata, aut saltem de mandato nostro carcerari possit juxta Canonicas Sanctiones, idè illum à vobis instanter reposcimus, ut statim visa presenti nostra requisitione, non solum à prosecutione processus, abstinere debeatis, sed ad nos, & Curiam nostram quamprimum *decenter* & tutè una cum Processu captum remittatis; offerentes nos paratos justitiam administrare, & illum (quatenus reus sit) prout juris erit punire. Sin minus si processum prosequi, & captum retinere audeatis, & ad nos statim remittere renuatis (quod non credimus) nunc pro tunc citamus: & monemus vos per presentes, ad videndum ad primam diem post executionem presentium tanquam turbatores, & usurpatores nostre Ecclesiasticæ jurisdictionis, ac in Clericum violentiæ illatores, *declari incursos* in Excommunicationem majorem absque alia monitione. Instante N. Promotore Fiscali Curiae Episcopalis N.

N. Vicar. Generalis N. sive Episcopus N.

N. Cancellarius.

*Nomina monendorum.*

N. Judex Ordinarius loci N.

N. Promotor Fiscalis N.

N. Actuarius Curiae N.

**S**OLET aliquando in hujusmodi casibus addi in monitione post verba illa— *prout juris erit punire* hæc clausula— *sin minus quatenus processum prosequi & captum retinere audeatis, & ad nos illum remittere, (vel saltem declarationem scripto dandam facere, cum nomine nostro, & ad nostram dispositionem retinere) renuatis, &c.* Nam Episcopus viam mitiorem eligendo, nè eveniant majora scandala si factis diligentis potest hoc remedio uti (quoties illa timeatur) & certiorata Sac. Congr. Immunitatis esse contentus recipere à Curia laica declarationem, quod Clericus captus retinetur nomina Ecclesiae, & ad dispositionem sui Superioris Ecclesiastici, & interim monere illius Ministros de censuris incurfis, & ab eis Processum requirere, & informationes de delicto capere ut possit reum condemnare, vel absolvere prout juris erit.

Quod si Curia laicalis requisitionem hanc sperneret: vel processum contra Clericum captum prosequitur, aut publicaret: tunc erit scripto in actis d. Curiae protestandum de nullitate totius processus, & de incurfu poenarum S. Canonum, & Censurarum *Bulle Cæne cap. 19.* ad quarum publicationem per affectionem Cedulae moneat in eadem protestatione, se omnino processurum, quatenus non desistat: prout deveniendum erit, contra Officiales, si parere, & desistere contemnat, quoties non agatur de Clericis certi loci, aut aliquibus certis delictis in quibus privilegio Papæ competat facultas Judicibus laicis illos judicandi prout animadvertum fuit supra *Annot. ad form. Edict. gest. habit. Cleric. &c.* vel demum non agatur de aliquo delicto gravi, & qualificato, super quo prudentialiter sit requirendum consilium Sedis Apostolicæ: nam in hoc ultimo casu erit supersedendum in publicatione censurarum, donec habeatur responsum.

AD DNO.

## ADNOTATIONES.

1. DE CUJUS CLERICATU NOBIS CONSTAT, Antequam Judex Ecclesiasticus monitorium cum inhibitione contra Judicem, & Curiam Sæcularem pro Clerici remissione expediat, & relaxet, debet eidem summarie constare de clericatu, vel per litteras testimoniales collatoris ordinum, quæ de per se solæ probant, Ciarlin. *controv. tom. 1. cap. 20. num. 47.* Sperell. *decis. 17. nu. 21.* & *decis. 132. num. 49.* & *segg.* Panim. *decis. 36. nu. n. 22.* vel possessionem Beneficii Ecclesiastici, vel per famam, & communem æstimationem ( si non sit illegitimus, cujus Clericatus non probatur per publicam vocem, & famam nisi concurrant alia adminicula, Rot. *coram Seraphin. decis. 1292. nu. 1.* ) vel per quasi possessionem Clericatus ob diuturnam habitus delationem, del demum per Ecclesiæ servitium uti Clericum; de quibus probationibus presumptivis agit Ricc. *prax. rer. for. Eccles. part. 4. resolut. 644. per tot.*

2. Habita autem de Clericatu informatione si Episcopus voluerit ( prout ab aliquibus fieri solet ) poterit mediante persona Promotoris Fiscalis, vel Cancellarii, requirere cum urbanitate, & extrajudicialiter Judicem laicum pro remissione Clerici carcerati, ostendendo eidem ( ad animi dumtaxat instructionem ) litteras Clericatus, vel alias probationes ejus, &c. quibus si non acquiescat, & remittere illum recuset, tunc judicialiter, ut in formula monendus erit, etiam parte non citata, ad hoc ut pareat: Nec poterit remissionem retardare sub prætextu, quod captus requisita Concil. Trident. non habeat, & proinde fori Ecclesiastici Privilegio non gaudeat: quia quoties sufficienter constat de Clericatu, Judex laicus non debet, nec potest de requisitis cognoscere, sed facta protestatione illum vendicandi, si constiterit non gaudere, tenetur captum remittere, & expectare quod Judex Ecclesiasticus ( ad quem pertinet, pronunciet ) eodem Judice, seu Promotore laico in processu cognitio-

nis citato; requisita non habere, & fori Privilegio esse privatum, & interim in processu superfedere, & nihil penitus innovare, ut per *text. in cap. si Judex laicus de sent. excom. in 6. latè,* & nervose docent, & probant Ciarl. *d. cap. 20. nu. 59. & 60.* & *per tot.* Sperell. *d. dec. 17. nu. 31.* & *pariter per tot.* Panimol. *dec. 17. annot. 3. num. 31.* Pignatell. *conf. 27. nu. 16. tom. 9.*

3 Si verò de titulo Clericatus non constat, & captus ante capturam pro laico se gerebat, & pro tali publice habebatur: tunc, qui a Clericatus non præsumitur, ut dicit Ricc. *prax. rer. for. Eccles. part. 4. res. 644. nu. 1.* non obstante allegatione, & oppositione Clericatus, poterit Judex laicus captum retinere, donec iste coram Judice Ecclesiastico doceat fori Privilegio gaudere, ut declaravit *Sacr. Congreg. Concilii de anno 1625.* quam declarationem per extensum refert Pignatell. *consult. 20. nu. 17. tom. 1.*

4 AUT SALTEM DE MANDATO NOSTRO. Hæc clausula ponitur in formula ad ostendendum, quod Episcopus in locis in quibus Clerici frequenter delinquant, vel abusus aliter removeri non possunt, & ipse careat familia armata, potest concedere facultatem Ministris Curie laicæ eosdem Clericos capiendi modificatione tamen contenta in Decreto emanato sub 3. Februarii 1635. in *Turritana*, quod est sequentis tenoris -- *In locis ubi adest abusus inter Clericos deferendi arma, & Episcopus non habet familiam armatam, debet publicare Edictum, nè Clerici Sæculares, vel Regulares arma deferant, & si parere detrectent, & ubi necessitas exposcit, Ministris Curie Sæcularis facultatem tribuere, Clericos contra prohibitionem arma deferentes capiendi, etiam quoad Regulares, si hi ita notoriè deferant, & delinquant extra Clausura, ut Populo scandalo sint, ac in aliis casibus in jure, & Constitutionibus Apostolicis expressis, ita tamen, ut ea qua decet decencia capiantur, & restrictio tramite ad Carceres Curie Ecclesiasticæ ducantur, lib. 15. Dec. pag. 162. juxta dispositionem Concilii cap. 3. sess. 25. de reform.*

5. DECENTER. Remissio Clerici ad suum Judicem debet fieri cum decencia,

tia, & honestate, & sine ignominia, alias Judex laicus posset puniri, Ricc. *prax. rer. for. Eccles. part. 4. resolut. 603. num. 16.* & *resolut. 609. num. 2.* Sperell. *d. decis. 17. num. 28.* & *dict. 132. num. 6.* Bellett. *disquis. cleric. part. 1. de discipl. cleric. §. 2. num. 30.* & quando Judex Ecclesiasticus non est in loco Judicis remittentis: tunc admittitur fidejussor idoneus, qui promittat talem Clericum præsentare coram eo, & constituitur Procurator ad recipiendum carceratum, cui Judex laicus consignat, recepta, & dimissa in actis procura, ut de tali praxi testatur Ricc. *dict. resolut. 609. num. 1. vers. practica vtrò.*

6. **DECLARARI INCURSOS.** Cum enim Judex laicus, qui renuit remissionem facere (constitit de Clericatu,) dicatur vim inferre, & jurisdictionem Ecclesiasticam usurpare, & inde excommunicationem à jure, & in Bulla Cœnæ latam incurere: eo ipso, ut tradunt DD. supra citati nempe Sperell. *dict. decis. 17. nu. 48.* & 49. Ciarlin. *dict. contra. 20. nu. 61.* Bellett. *disquis. cleric. de favor. cler. person. §. 12. n. 2.* Panimoll. *dec. 36. num. 14.* quibus addo Fagnan. *in cap. si quis nu. 58. de for. comp.* Petr. Paul. Guazzin. *ad defens. animar. lib. 2. def. 1. cap. 13. nu. 90.* idcirco hic in formula non comminatur censura ab homine ferenda, sed declaratoria censure jam incurse: ad quam non festinanter, sed cum maturitate, secundum casuum circumstantias, & gravitate deveniendum erit.

7. Advertant Episcopi, quod hujusmodi requisitio, cum monitionibus gradatim, & modo, vel simili quo supra faciendis, non debet omitti quotiescumque Judices, & Principes sæculares quicumque sint, de facto procedunt ad incarcerationem Ecclesiasticorum: nam si potentiam Creaturæ mortalis pertimescendo, captum Clericum ab his non requirerent, & immunitatem, ac jurisdictionem Ecclesiæ non defenderent culpam gravem mortalem incurrerent, & posset puniri usque ad depositionem, ut tradunt supra allegati, & plenè Ricc. *prax. rer. for. Eccles. part. 2. resolut. 475. per totum secundum Venet. impress. 1674.* Pac. Jord. *lustrat. rom. 3. lib. 13. titul. 8. num. 31.*

etiam si requirendo non proficerent, ut Prælatos monendo docet Petr. Vecchia *de Eccles. milit. lib. 1. cap. 9. num. 63. circa finem.*

8. Item quod processus à Judice laico contra Clericum constructus non probat nisi ad instructionem animi, & testes erunt pro legitimatione processus tantum repetendi citato reo, Zuff. *de legit. process. quest. 96. num. 16.* & 17. Si verò testes repeti non possent, ut quia sunt absentes, vel mortui, tunc processus factus coram Judice sæculari probat contra Clericum juxta limitationem, quam affert Graff. *de effect. Cleric. effect. 1. n. 239.* quam veram puto, quando processus esset formatus contra Clericum, qui dimiserat habitum, & tonsuram, & ut laicus reputabatur, & Judex nesciebat an esset Clericus, ut per doctrinam Bald. *in l. eos, §. super bis cap. de appellat. innuit Zuff. ubi supra quest. 176. n. 19.* & 20. Et quod ex dictis actis ex stylo Curie Archiepiscopi Neapol. Clericus remissus constituitur reus, & facta repetitione, sed declaratione velle habere pro repetiti, procedatur ad ulteriora, tradit Gemmen. *prax. cap. 6. num. 1.* & seq. ubi contrarius respondet secundum impress. Neap. 1602. de quo tamen dubitat Guazzin. *ad defens. reor. defens. 1. cap. 5. num. 8.* & *defens. 20. cap. 9.* ubi firmat. *nu. 3.* quod gesta per laicum Judicem sint ipso jure nulla. Verum tamen teneas, quod testes examinati per Judicem laicum contra Clericum à se non cognitum, sint validè examinati, & repeti possint absque novo examine coram Episcopo, quia per repetitionem, seu declarationem, dicuntur denuò examinati coram Judice competente, Zuff. *dict. quest. 176. dict. num. 20.* & videtur hanc distinctionem admittere, Laurent. de Franc. *contr. int. Episcop. & Regul. part. 1. num. 183. circa finem,* licet ipse consulat recurrendum esse ad Sac. Congreg. Episc. & Regular. neque turbat opinio Pasqualig. ibidem contraria, quia *text. in cap. at si clerici de judic. in quo se fundat,* loquitur de confessione Clerici emissa coram Judice laico, ex qua non possit condemnari, quod ultro admittimus: sed poterit super ea à Judi-

ce Ecclesiastico interrogari: imò, & torqueri, ut bene textum prædictum declarando, probat Barbof. *supra eodem num.* 13. & 14.

Implorationis Brachii Sæcularis.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

1 Imploratio brachii seu auxilii est remedium juridicum.

- 2 Imploratio brachii est remedium ordinarium & nu. 3.
- 4 Remedia Concilii præcedunt Brachii implorationem.
- 5 Judex laicus requisitus debet exequi sententiam Judicis Ecclesiastici absque judicati cognitione, præsertim in delictis Ecclesiasticis, & nu. 6.
- 7 Judex laicus si requisitus brachium denegat, potest remedio excommunicationis compelli.
- 8 Imploratio brachii est scripto faciendacum urbanitate absque censurarum comminatione.

NN. Judici Sæculari Ordinario loci N. nec non Fiscali, Actuario, aliisque Officialibus d. Curia.

NOTUM facimus, & significamus, qualiter N.N. fuit in nostro Tribunali de crimine concubinatorum accusatus, & legitimis probationibus de eo convictus, & culpabilis repertus, & quia canonicè monitus N. Concubinam ejicere recusavit, & renuit, fuit deinde per nos publicè cum Cedulorum affixione excommunicatus. Verum quia adhuc post... censuras sustinet, indurato corde in luxuriæ cœno fœdè demersus respiscere contemnit, & obedire detrectat: nè tam gravissimi peccati scandalum offendiculum fidelibus præstet: ideo *vestrum auxilium, & brachium* per præsentem imploramus: *ut statim* receptis præsentibus, & postquam per Promotorem nostrum Fiscalem fueritis requisiti, d. N. Concubinarium omnibus juris, & facti remediis, cogatis & compellatis ad ejiciendam d. Concubinam, ab eaque, & prava consuetudine sejungendum, & mandatis nostris; imò verius Ecclesiæ parendum, dictam verò Concubinam extra Civitatem, & districtum ejiciatis, quod vos promptè exequi debere volumus, & speramus; quia bonum publicum ita exigit. Sin minus quatenus brachium vestrum & auxilium præstare ad id renuatis (quod non credimus) *juris remediis* ad illud præstandum utemur. Datum.....

N. Vicar. General. N.

N. Cancellarius

Alia.

N.N. Judici &c.

NOTUM facimus, & significamus, qualiter in nostro Tribunali accusatus, processatus, & fer. fer. convictus fuit de crimine usurpationis bonorum



rum... Ecclesie N. N. laicus loci N. qui monitus ad relaxandum d. bona usurpata absque ullo titulo, renuit obedire: Unde cum esset excommunicatione Papæ reservata ligatus: fuit per nos Cedulonibus publicè denunciatus, & deinde parere derectans aggravatus, & reaggravatus. Verum quia censuris neglectis, in illis... ad hinc mensibus cum magno populi scandalo infortescit, ideò vestrum auxilium, & brachium imploramus; ut statim receptis presentibus, & postquam pro parte Promotoris nostri Fiscalis fueritis requisiti, illum omnibus juris, & facti remediis cogatis, & compellatis ad dimittendum favore d. Ecclesie supradicta bona una cum fructibus: quod vos exequi promptè debere volumus, & speramus &c. ( ut supra. )

N. Vicar. General.

N. Cancellarius.

Alia.

N. Judici Sæculari Ordinario &c.

**N**OVERITIS, quod constructo Processu in nostro Tribunali ad instantiam Officialium Montis Pietatis N. contra N. pro redditione rationis administrationis d. Montis, fuit dictus N. repertus, & per sententiam condemnatus debitor in summa scutorum .... & cum à sententia non appellasset, causam remansisse desertam, & in iudicatum transactam pronunciatum fuisset, expeditum fuit contra eundem mandatum executivum pro dicta summa, quod attempta Debitoris versutia, & latitatione, nunquam exequi adhuc potuit: ideoque ne locus Pius majora damna sentiat, vestrum auxilium, & brachium imploramus, ut statim receptis presentibus, & pro parte Officialium Montis fueritis requisiti, prædictum mandatum, per personæ, & pignorum captionem exequi omninò curetis & faciatis, &c. ( ut supra. )

Vicar. General. N.

N. Cancellarius.

#### ADNOTATIONES.

##### 1. VESTRUM AUXILIUM, ET BRACHIUM IMPLORAMUS.

Imploratio auxilii, quod brachium vocant sæculare, est remedium juridicum, quo utraque potestas Ecclesiastica, & sæcularis, se invicem adjuvare debent *cap. nec licuit 4. distinct. 17. cap. petimus 19. II. quæst. 1. cap. 1. de Offic. Ordin. cap. periculoso §. final. de stat. regular. in 6. Concil. Trident. capit. 8. sess. 24. de re-*

*format. & capit. 5. sess. 25. de regular.*  
2. Olim hoc remedium fuit subsidiarium quod non adhibebatur, nisi prius contra reum, seu victum inflictis censuris, & aliisque contemptis: at hodie quia ab executione reali, & personali est inchoandum ut mandat Concil. Trid. *cap. 3. sess. 25. de reformat.* effectum fuit remedium ordinarium quoties Judex Ecclesiasticus per suos Ministros exequi non potest suas sententias, cum ad excommunicationem procedere non possit nisi in subsidiū, ut plene probat

Fa-

Fagnan. in cap. pervenit num. 31. & seqq. de offic. Ord.

3. Et quamvis non desint pluries DD. qui tenent, quod etiam hodie sit remedium ultimum, & subsidiarium, & quod Judex Ecclesiasticus eo uti non debeat, nisi prius adhibitis censuris, prout sunt Ricc. in prax. part. 1. resolut. 292. Barbof. in dict. cap. 1. n. 8. de Offic. Ordin. Pignatell. consult. 5. n. 66. tom. 5. & alii plures ab eis allegati nihilominus verior, & in praxi communior sententia est, quod possit implorari, quoties Judex Ecclesiasticus prudenter agnoscit pro executione suæ sententiæ illo infligere absq; eo quod contra reum præcesserint Censuræ Fagnan. in dict. e. pervenit de adulter. n. 32. & in cap. licet de penit. n. 27. Guazzin. Jun. ad defens. anim. lib. 2. defens. 1. c. 12. n. 63. Pignatell. sibi contrarius consult. 174. n. 6. 10. 1. & consultat. 32. n. 2. 1. tom. 7. ubi firmant, invocationem brachii Sæcularis esse Episcopis arbitriam, & hanc Sententiam tanquam consonam dispositioni Concilii tenendam esse monet Romaguer. in Glos. ad Synod. Gerund. lib. 5. tit. 10. c. 9. n. 2. 1. ubi plures cumulat.

4. Nihilque refert quod hic in primis duabus dotis formulis præcedant Censuræ, quia cum delicta in illis expressa, & exemplificata Censuris feriantur, opus fuit ostendere remedium Concilii præcessisse brachii implorationem. In tertia autem formula, in qua casus indifferens enunciatur, brachium imploratur cum sola causæ impulsivæ expressione.

5. **UT STATIM.** Judex laicus requisitus pro executione sententiæ Judicis Ecclesiastici, exequi tenetur, nec de viribus Sententiæ cognoscere potest quia est mensus Exequutor, ut dicit Sperell. dec. 8. n. 52. Bellett. disq. Cleric. tit. de favor. Cleric. real. §. 5. num. 57. quoties tamen Judex Ecclesiasticus in imploratione brachii fidem facit (prout in formulis) de forma judiciali servata; & de Viribus sententiæ: ut bene distinguit Innoc. in cap. 1. de offic. jud. Ordin. nu. 2. ibi -- Item in aliis Episcopis si unus Episcopus ferat sententiam, alius non exequatur si scit eam injustam, quia in bono tantum debet suum auxilium impendere: & intelligitur hoc, quando sine judicio petit aliquem laici per Regem, & Monacelli Form. Parr II.

injustè; nam si judicium condemnatum peccat castigari per Regem, facere debet hoc, & est excommunicandus, nisi faciat, & concordat Guazz. ubi supra dict. cap. 12. n. 63. Vulpin. succ. Farinacc. part. 10. quæst. 67. nu. 13. ubi hæc habet -- Quinimo Judex Sæcularis exequi tenetur, nisi videat notorie injustam sententiam, & in totum nullam, & de nullitate appareret in promptu, veluti si esset lata sine jurisdictione, juris ordine non servato, seu pendente appellatione, quamvis rationabilis sit, & verius, quod quodcumque fuerit requisitus impartiri debeat.

6. Quæ præsertim verissima sunt in delictis, & causis Ecclesiasticis contra Clericos, & Regulares; vel quando Judices requirentes, & requisiti sunt sub eodem Principe, ut advertit Ricc. collect. 1990. vers. secund. Guazzin. ad def. reor. defens. 1. cap. 16. n. 9. & magis certa in causis fidei, in quibus Judex laicus requisitus, brachium impartiri debet, etiam si sibi constaret sententiam injustam esse, ut monet Guazzin. ibid. defens. 38. c. 4. n. 2. quia sub quocumque prætextu etiam violentiæ nunquam cognoscit de pertinentibus ad forum Sancti Officii Caren. de Offic. inquis. part. 2. tit. 2. de Hæretic. pœnis §. Sexto num. 44. Genuen. prax. c. 43. n. 2. in fin. Vulpin. succ. Farinacc. par. 19. quæst. 186. §. 9. Pirhing. in jus Can. lib. 5. tit. 7. n. 127. & seqq. & est communis opinio.

7. **JURIS REMEDIIS.** Judex laicus, qui requisitus auxilium, seu Brachium Judici Ecclesiastico denegaret, posset de jure remedio Excommunicationis compelli per text. in cap. Principes, & c. administratores 23. quæst. 5. c. 2. de maled. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 452. num. 4. Barbof. de Offic. Episcop. allegat. 107. n. 25. Guazzin. loco supra allegat. ad defens. animar. dict. cap. 12. dict. n. 63. Gallemart. collect. in Concil. Trident. ad cap. 8. sess. 24. de reformation. remiss. vers. ultimo. Glos. fin. in cap. 1. de Cleric. excommunicat. disposit. Pirhing. in jus Canon. lib. 6. tit. 27. num. 2. in fin. & passim alibi apud alios quos congerunt Bellett. disq. Cleric. tit. de favor. real. Cleric. §. 5. nu. 51. Panimoll. dec. 12. annot. 3. num. 50.

8. Verum Censuræ non sunt Judici laico in ipsa brachii imploratione comminanda,

Q dæ,

da, quia est requirendus cum urbanitate & ideo dicitur *imploratio*; Si enim actus requisitionis talem comminationem contineret expressam, potius illum offenderet, quam rogaret, cum contumaciam in eum praesumptam induceret, antequam veram per denegationem incurreret. Undem formulam implorationis Brachii Saecularis, quam affert Pellegrin. *in prax. Vicarior.* & alias huiusmodi, quae Censurarum comminationem habent, in praxi adhibendas non esse censeo, tanquam juri non consonans: nisi brachium imploraretur adversus haereticos, vel in alio casu gravissimo, qui respiceret bonum Universitatis, & nisi citò reus caperetur, bonum Universitatis periret. Ceterum in aliis causis, tam Civilibus, quam Criminalibus venit Judex Laicus prius cum urbanitate, ut dici requirendus, & advertit etiam Romaguer. loco supra citato (scripto tamen, & judicialiter, ut possit de illius contumacia, & denegatione apparere), & quatenus exequi sententiam denegat, per actum separatam monendus erit addicendum causam quare non debeat excommunicari, cum praefixione termini.

Litterarum Subsidualium, seu requisitoriarum.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

- 1 Litterae requisitoriae seu Subsidiales sunt adhibendae quoties executio iudicati committitur extra Territorium iudicantis, & non.
- 2 Judex laicus non potest prohibere, quod Episcopus in sua Diocesi, non possit uti familia armata fori Saecularis sine sua licentia. ibi.
- 3 Archiepiscopus in actibus fori contrarios non exercet jurisdictionem in subditos suffraganei sine requisitione.
- Episcopus suffraganeus renuens eum qui contra subditos mandata Archiepiscopi potest censuris compelli. ibi.
- 4 Archiepisc. in causis appellationum exequitur mandata in Diocesi suffraganei absque ulla requisitione.
- 5 Delegatus Papae non habet limitatum territorium, & ideo exercet jurisdictiones contra impediens ubique absque requisitione Diocesani.

## N. N. Judici Ordinario loci N.

Cum nuper in hac Curia Episcopali N. contra N. de crimine... processatum, & iudicis gravatum, & ad instantiam Promotoris Fiscalis, & instigatoris, a nobis relaxatum fuerit mandatum de capiendo, & exequi non potuerit ex quo fugam arripuit, & modo, ut audivimus in jurisdictionibus vestrae locis (ubi se tutum reddere existimat) reperiat, ne delicta remaneat impunita, in subsidium justitiae per praesentes Dominationem vestram hortamur, & deprecamur, ut mandatum praedictum ad instantiam Procuratoris nostri Fiscalis seu &c. per littores vestros contra dictum N. personaliter exequi permittatis, imò mandato vestro familiam armatam accommodando faciatis, & in fortis nostrae Curiae captum reducere committatis: certificantes, quod ad jurisdictionem, & curiam vestram in similibus coadjuvandam semper parati erimus &c. Datum &c.

N. Episcopus N. (sive Vic. Gen.)

N. Cancellarius. AD

## ADNOTATIONES.

## 1. IN SUBSIDIUM JUSTITIÆ.

Litteræ requisitorie, seu subsidiales appellatur eæ, quibus Judices Domicilii, vel rei sitæ requiruntur ad præstandam auctoritatem pro executione Citationum, vel Mandatorum: & tunc Judex dicitur præstare assistentiam, & auxilium facti, ad differentiam implorationis Brachii, quæ dicitur juris prout de stylo universali servatum quotidie esse testatur Card. de Luc. *de jurisdict. dist. disc. 98. num. 16.* & in *Miscell. disc. 22. n. 13.* Antonell. *de loc. legal. lib. 2. cap. 3. n. 347.* Ricc. in *prax. par. 1. resol. 297. n. 1.* Pignatell. *consult. 174. n. 5. t. 1. Romagner. in glos. ad Synod. Ger. lib. 5. tit. 10. cap. 9. n. 28.*

2. Hæ autem litteræ subsidiales adhibendæ sunt quoties executio iudicati; vel affixio Cædulonum contra Censuratum faciendæ est extra limites proprii territorii: cum enim sit actus jurisdictionalis, sine licentia proprii Judicis exerceri non potest: Cæterum in sua Diocesi Episcopus utitur familia armata, seu brachio militari Tribunalis laici absque Judicis licentia, quia lictores requiruntur tanquam personæ privatæ materialiter, ut velint nomine suo, (à quo recipiunt auctoritatem) exequi ejus mandata, quod Judex laicus nullo modo potest prohibere, *cap. fin. de Immunit. in 6.* Pignat. *consult. 174. tom. 1.* & pluries declaravit *Sacr. Congreg. Immunit. & præsertim in Narnien. 23. Junii 1648. lib. 4. Decr. Paul. fol. 53. à tergo,* & in *Maceraten. 2. Septembr. 1664.* in qua junctum fuit extradi duplicatum Decreti alias editi *sub die 30. Junii 1632. in Causa Verellen. tenoris sequentis—Judices, & Ministros laicos non posse prohibere Executoribus Curie laicalis quo minus exequantur monitoria, & mandata Curie Ecclesiasticæ, etiam nulla ab eis petita licentia, vel assensu lib. Decr. Rocci. fol. 578.*

3. Archiepiscopi autem tenentur etiam ipsi extra propriam Diocesim adhibere has litteras, quamvis etenim Superioritatem exercent in Provincia in pluribus casibus, quos enumerant. Quarant. in *Suam. Bullar. verb. Archiepiscopus, Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 49. §. unico per tot.* nihilominus jurisdictionem fori con-

tentiosi in subditos suffraganeorum non exercent, nisi in casibus in jure expressis: ideoque pro executione debent requirere Episcopus Suffraganeos, qui obedire tenentur quoties provisiones Archiepiscoporum, non sint notoriè injustæ, ut observat Quarant. *ubi supra auctorit. 26. 27. & 33.* nam cum Archiepiscopus sit Judex Suffraganeorum, & Superior in causis Civilibus Genuens. *in prax. cap. 91. num. 1. secund. impress. Neapolit. 1602.* posset illos compellere, quatenus renuerent, etiam censuris, Genuens. *ibi num. 3.* Quarant. *num. 8. & 13. vers. declaratur,* quos sequitur Pignatell. *consult. 22. n. 3. tom. 8.* Quæ fortius procedunt in causis læsionis immunitatis Ecclesiasticæ, in quibus Episcopus debet præstare Officia alteris Episcopo absque ulla cognitione Judiciali causæ, *Sacr. Congr. Immunit. 19. Januarii 1667. lib. 2. Decr. Altov. pag. 1332.*

4. Ethic nota, quod licet Archiepiscopus, sive Metropolitanus, quod idem sunt, (nam Metropolitanus trahit nomen, à Metros quod est mensura, & polis Civitas, & sic trahit nomen ab Ecclesiis & earum numero, sed Archiepiscopus à personis ab Archos, quod est Princeps Episcoporum, *cap. Clerus distinct. 21.*) non possit in Diocesi Suffraganei exercere ea, quæ sunt jurisdictionis contentiosæ: sine licentia Episcopi, hoc tamen fallit in Causis appellationum, in quibus mandata Archiepiscopi exequi possunt in Diocesi Suffraganea sine alia licentia Episcopi Suffraganei, per subditos ipsius Archiepiscopi per Text. in *cap. Romana de Offic. Ordin. in 6. Nicol. in Floscul. verb. Archiepiscopus num. 7. ubi Decretum allegat.*

5. Sicuti si incumberet correctioni, & Visitationi Exemptorum tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus: nam tunc posset contra impediens procedere etiam si commorarent extra Diocesim *per tex. in cap. 1. de Offic. deleg. ubi Innocet. Abb. & Felin. notant,* quod Delegatus Papæ contra omnes jurisdictionem suam impediens procedit, etiam si sint extra jurisdictionem suam, quia non est limitata ad terminos territorii, sed sufficit, quod sint de jurisdictione Papæ, & ita respondit quoque Congr. Concil. 16. Martii 1589.

Q 2 ten-

## Sententiæ Degradationis.

## FORMULA XI.

## SUMMARIUM.

- 1 Clerici minorum ordinum de stylo non degradantur solemniter.
- 2 Clericus pro homicidio proditorio traditur Curie seculari.
- 3 Delicta pro quibus Clerici traduntur Curie seu brachio seculari enumerantur, & num. 4.
- 5 Notorium quod sit explicatur, & n. 6.
- 7 Degradatio est faciendâ juxta formam præscriptam in Pontificali.
- 8 Judex Ecclesiasticus debet intercedere pro degradato coram Judice laico, nè illum morti tradat.
- 9 Degradatio est duplex, verbalis scilicet, & actualis, & utraque explicatur, & num. 10. & 11.

Clericus in Sacris Constitutus non potest ad mortem damnari, nisi prius sequatur degradatio. ibi.

- 12 Clericus degradatus consignandus est Judici laico una cum Processu.
- Judex laicus potest cognoscere de relevantia Processus contra Clericum degradatum per Curiam Ecclesiasticam constructi, ibi & num. 13.
- 14 Judex laicus, qui ex privata scientia nescit Clericum degradatum innocentem, licet ex Processu plene convictum, non debet illum morti tradere.
- 15 Prælati, & aliæ personæ in dignitate constitutæ, quæ assistere debent degradationi, assistunt tanquam Assessores, non tanquam Judices.
- 16 Episcopus tenetur eligere Adversarios quando vult procedere contra Canonicos Capituli exempti, & n. 17.
- 18 Degradatio debet fieri in Ecclesia, vel Oratorio.

**N**Os N. Episcopus N. Attendentes, quod tu N. in Sacris, & Presbyteratus Ordinibus constitutus, ut proditor homicida (gravitate, & notorietate criminis sic suadente,) Curie seculari, non sine animi nostri mœrore tradendus es, & ideo coram Nobis personaliter constitutus, & vestibus Sacerdotalibus indutus, juxta præscriptam Pontificalis Romani formam, Veste Sacerdotali, & singulis aliis in tuis Ordinibus receptis, ac habitu, Ordine, Dignitate, & Privilegio Clericali, ac Beneficiis, perpetuò à Nobis exutus, spoliatus, depositus, degradatus, & exauthoratus nuper fuisti: nunc dictam depositionem, & degradationem complentes, auctoritate Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac nostra, te sic depositum, & degradatum ab Ecclesiastica Militia separamus, amovemus, segregamus, rejicimus, & Clericali consortio, & privilegio, penitus privatum, & sub Ecclesie protectione amplius non permanere declaramus, & Judici N. præsentem tradimus, ut in suum forum te recipiat, eum tamen enixe deprecantes, ut in te capitalem penam non exercent.

Ita pronunciaui Ego N. Episc. N.

Qui D. Judex secularis N. traditionem, & consignationem d. Presbyteri N. Degradati accepit, & illum una cum Processu in suum forum recepit, offerens jus, & justitiam administraturum, præsentibus, & assistentibus.

Re-

Reverendis. D. Abbate N. usum Mitræ, et Baculi haben.

Reverendis. D. Abbate N. usum Mitræ, et Baculi haben.

Reverendis. D. I. V. D. Archidiacono Cathedralis N.

Reverendis. D. I. V. D. Decano Cathedralis N.

Reverendis. D. Sac. Theologiæ Professores, et I. V. D. Præposito Collegiæ N.

Reverendis. D. Sac. Theologiæ, et Philosoph. Professor. Priore Collegiæ Ecclesiæ N. omnibus in Dignitate Ecclesiastica constitutis, ætate gravibus, ac juris Scientia commendabilibus, qui commodè interesse potuerunt. Nec non præsentibus DD. Canonicis, et Capitulo Cathedralis, ac aliis Viris Ecclesiasticis Doctrina, et virtute præditis.

Gesta, acta, & publicata fuerunt hæc in *Oratorio publico* (sive Ecclesia, sive Sacratio) N. Die.... mensis.... anni præsentibus supradicti Adfessoribus, et N.N. et N.N. pro testibus adhibitis, et rogatis.

Ita est N. Cancellarius, et Actuarius Curie Episcopalis N.

#### ADNOTATIONES.

1. IN SACRIS. Quamvis in Pontificali Romano detur forma degradationis Clerici etiam primæ Tonfuræ (ex qua Fagnan. in cap. cum contingat num. 65. de etat. & qualit. desumit Clericalem Tonfuram Ordinem esse) nihilominus in praxi degradatio actualis, & solemnitas fieri non solet, nisi de Clericis ordinatis in Sacris, prout testantur Palserin. in cap. quoniam num. 47. de hæret. in sexto, cujus verba sunt hæc -- Clerici verò ordinati in Minoribus etiam si tradantur brachio sæculari, non degradantur actualiter, & solemniter, sed solum verbaliter, Raynald. observ. crim. supplem. ad cap. 3. supplem. 2. num. 2. ubi asserit nunquam vidisse practicum contrarium. Bifs. hierurg. litter. D. verb. degradatio num. 78. §. 6. in fin. & licet Barbol. de offic. Episc. alleg. 110. num. 8. & alii quos refert citatus Raynald. tom. 1. cap. 7. §. 1. num. 208. teneat degradationem etiam in Clericis Minorum Ordinum esse necessariam: adhuc prior sententia videtur tuta, quia, & si Clerici Minorum Ordinum recipiant characterem: eorum tamen Officium non est gra-

Monaceli Form. Pars II.

duus per quem ministrant Altari, & sic cum in illorum ordinatione nulla adhibeatur Sacra unctio, & degradatio nihil aliud sit quam perpetua separatio ab Altari, ut docet Palserin. loco citato num. 50. inde sequitur, quod actualis, & solemnitas degradatio istorum necessaria non sit: hocque etiam clarè evincitur ex Textu in cap. primo, de hæret. in sexto, ubi habetur, quod Clerici in Sacris constituti degradentur, & advertit quoque Pirhing. in jus can. lib. 5. titul. 7. num. 89. Melius tamen erit servare ritum in Pontificali Romano à Summis Pontificibus Gregor. XIII. & Clem. VIII. præscriptum.

2. UT PRODITOR HOMICIDA. Quamquam in jure non sit cautum, quod Clericus pro homicidio etiam qualificato debeat tradi brachio sæculari, & Doctores velint; quod cum homicidio concurrat incorrigibilitas, ut latè probat Fagnan. in cap. cum non ab homine de judic. per totum, nihilominus hodie ex consuetudine recepta, pro homicidio proditoriè, & per insidias patrato, notorio, & scandaloso non expectata incorrigibilitate solet degradari, & Ju-

Q 3

dici

dici laico tradi, ut admittunt omnes moderniores nempè Guazzin. *ad defens. veor. def. 39. cap. 1. n. 6.* Sayr. *de censur. libr. 5. cap. 22. num. 24.* Bellet. *disq. cleric. part. 1. de fav. cler. person. §. 10. num. 6.* Fagnan. *in d. cap. cum non ab homine num. 104.* Pirhing. *in jus can. lib. 5. tit. 37. num. 19. versic. notandum tertio in fin. & alii apud Raynald. observ. crimin. tom. primo, cap. primo, num. 216.* Verum est tamen, quod Ordinarius pro tali delicto, & aliis qualificatis quantumvis gravibus in jure non expressis, ad degradationem actualem Clerici delinquentis devenire non debet, nisi prius consultata Sede Apostolica, ut monent Sperell. *dec. 86. n. 23. & 24.* Raynald. *obs. crim. supplem. ad c. 6. supplem. 3. n. 15. & 16.* & alii mox citati.

3. Delicta verò pro quibus de jure Clericus meretur degradari, & brachio sæculari tradi, sunt sequentia. Primum hæresis *cap. ad abolendam §. presente de heret. & cap. 1. & cap. super eodem de heret. in sexto.* Secundum, falsificatio litterarum Apostolicarum *cap. ad falsariorum de crim. fals.* Tertium insidiæ & conspiratio contra proprium Episcopum *c. si quis Sacerdotum 11. quest. prima.* Quartum incorrigibilitas *c. cum non ab homine de judic. Quintum Assassinium cap. 1. de homic. in sexto.* Intellige tamen quoad delictum hæresis, dummodò sit relapsus: quoad conspirationem, dummodò nolit se corrigere, & quoad Assassinium, dummodò præcesserit sententia Episcopi, qua declaret esse Assassinium, ut communiter tradunt Grass. *de effect. cleric. eff. 1. num. 837. & trib. seqq.* Fagnan. *in d. c. cum non ab homine num. 74. de judic. & in cap. contingit il 2. num. 23. de sentent. excomm. Sayr. de cens. lib. 5. cap. 22. n. 16. & seqq.* Raynald. *observ. crim. tom. 1. cap. 7. §. 1. num. 195. & seqq.*

4. Jure autem novissimo delicta pro quibus Clerici in sacris degradari possunt, & debent etiam ordinaria auctoritate Episcopi, sunt. Sodomia frequentata Pius V. *Constitut. 5. Bullar. tomo secundo.* Celebratio Missæ aut audito Confessionum, & absolutio Sacramentali illius, qui non est Sacerdos *Clement. VIII. Constitut. 81. Bullar. tom. tertio.* Sollicitatio mulierum ad turpia in Confessione gravi-

tate excessiva *Greg. XV. const. 34. Bullar. tom. 4.* Adulteratio & Falsificatio monetæ *Urban. VIII. constitut. 75. Bullar. tom. 4.* Astrologia judiciaria statum Reipublicæ Christianæ, vitam Pontificis, & consanguineorum ejus definiens *Urban. VIII. constitut. 144. Bullar. tom. 5.* Crimen tamen secundum, & tertium in praxi degradationem regulariter non admittunt.

5. **ET NOTORIE TATE.** Notorium triplex est, scilicet juris, facti, & præsumptionis. Notorium juris oritur ex confessione irretractabili emissa, vel probatione facta in judicio, & ex Sententia Judicis, qua complectur Notorium, nam res judicata pro veritate accipitur *cap. vestra de cohabit. cleric.* Notorium facti oritur ex crimine, cujus Testis est populus, sive major pars Viciniæ, vel Collegii, vel Monasterii, vel Parochiæ, dummodò tamen saltem decem personæ inventantur, vel etiam ex famosa declaratione facti, quod nullo velamine occultari potest: quia patet omnibus. Notorium præsumptionis seu facti præsumpti, oritur ex Paternitate, & filiatione, & consanguinitate, ut docet *glos. in c. manifesta, ibique Turrecr. num. 12. & seqq. 2. quest. 1.*

6. Verum quia in declaratione Notorii DD. discrepant Passerin. à Sextula, *Tribunal. Regular. quest. 10. art. primo,* pro vera illius intelligentia hæc notavit quidam voluerunt, quod ad notorium publicitas loci sit necessaria ut scilicet, quod sit factum in loco publico, & in quod factum in Domo particulari non possit dici Notorium, licet sit factum coram pluribus personis, *Joan. Andr. Cald. & Butte. in cap. vestra de cohabit. cleric. & alii quos sequitur Farinac. q. 21. num. 55.* Quod tamen rationi non congruit: certitudo enim Notorii consistit in certitudine facti, quæ existat in populo, vel majori parte illius, quæ certitudo habetur ex præsentia, & sententia eorum, qui factum vident, ubicumque illud fiat, & videatur. Alii verò amplius exigunt requiri qualitatem temporis, ut notorium dici non possit, quod est factum de nocte, nisi factum de nocte sit tale (ut Jo. Campanæ) quod etiam de nocte possit esse notorium. *Maschard. concl. 101. num. 2. & alii quos sequitur Farinac. num. 57. Sed hoc*

hoc quoque rejicitur. Nam factum de nocte potest esse tale, quod sit notum per sensum majoris partis populi & sic sit certum, & notorium. Et hæc Passerini adnotando inservit pro declaratione adnotationis ad form. 20. num. 25. tom. 1. tit. 6.

7. JUXTA PRÆSCRIPTAM PONTIFICALEM ROMANI FORMULAM. Cùm enim ibi detur forma degradationis, illa præcisè servanda est, & in ablatione vestium Sacerdotalium, aut alterius Ordinis Sacri, proferenda sunt verba in eodem Pontificali relata, quæ cum non congruant Sententiæ ferendæ ab Episcopo, necesse est (ut aptè singula singulis referantur) quòd in formula ponantur verba, quæ supponant actualem degradationem ad formam Pontificalem jam præcessisse, de qua Cancellarius debet se rogare coram testibus, & actum publicum separatim ab hac sententia in Processu inferere.

8. EVM TAMEN ENIXE DEPRECANTES. Quia sequuta actuali degradatione Clericus non est amplius de foro Ecclesiæ: Ideò Episcopus efficaciter debet pro degradato intercedere apud Judicem sæcularem, ut mortis sententiam moderetur, sicuti expressum habetur in c. novimus de verb. signif. ibique Barbof. & tradunt Grass. de effect. clericat. eff. 1. n. 826. Bellet. disq. cleric. part. 1. de favor. cleric. person. §. 10. num. 2. Sayr. de censur. lib. 5. dict. cap. 22. num. 13. Sperell. decision. 86. num. 23. Guazzin. Jun. ad defens. animar. lib. 2. def. 6. cap. 44. num. 8. Cum enim per sententiam degradationis, & traditionem Judici laico factam, non dicatur per hoc Episcopus cum ad mortem condemnasse: sed solum à foro Ecclesiæ projecisse, & privilegio Clericali exutum; & privatum demonstrasse, rectè; & propriè potest, & debet pro eo intercedere, ut advertunt Innocent. in cap. novimus de verb. signif. Grass. loco citato numer. 819. & seqq. Sayr. dict. cap. 22. num. 14.

9. DICTI PRÆBYTERIN. DEGRADATI. Degradatio est duplex, verbalis scilicet, & actualis; Verbalis dicitur illa qua Clericus criminibus etiam absens, per sententiam Judicis, vel Ca-

nonis ab Officio, Beneficio, & Ordinum ministerio, & executione privatur & hæc magis propriè depositio appellatur, de qua sunt text. in capit. apostolicus 12. quest. 3. cap. de hoc autem de Simon. cap. Presbyter dist. 81. cap. si quis Episcopus, & ibi gloss. cap. Virginibus & cap. si quis rapuerit 27. quest. 1. cap. 1. distinct. 35. cap. nulli distinct. 44. & cap. primo, & secundo, distinct. 47. & fufius agunt Sayr. de censur. lib. 5. cap. 22. à num. septimo, ad 37. Barbof. de offic. Episcop. allegat. 110. num. 10.

10. Hæc autem verbalis dispositionis poena regulariter infligitur pro Adulterio, Concubinato, Simonia, Stupro, Incestu, Furto, Homicidio simplici, & aliis criminibus, quæ irregularitatem inducunt Barbof. loco mox citato, cum quo concordat Pirhing. in jus can. libr. quinto, tit. 37. num. 19. vers. notandum tertio: quæ exequi potest commissione Episcopi per Vicarium Generalem juxta litteralem Concil. Trident. dispositionem in cap. 4. session. 13. de reformat. depositum tamen non privat privilegio canonis, & fori Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 415. num. sexto, Guazzin. Jun. ad defens. animar. dict. cap. 43. num. secundo, sed remanet subjectus foro Ecclesiastico Raynald. observ. crimin. supplement. ad cap. 3. supplement. 3. num. 6. 7. & 8.

11. Alia est degradatio actualis, & solemnis, de qua hic est sermo, & est illa qua Clericus præsens, & personaliter existens coram Judice exuitur, spoliatur non tantum vestibus, sed Ordinibus Ecclesiasticis, & omni Clericali privilegio, juxta formam traditam in Pontificali, quæ à solo Episcopo consecrato expleri potest: quia est actus Ordinis Episcopalis: Unde per illa verba in formula expressa ibi -- traditionem, & consignationem dicti Degradati acceptavit, & in suum forum recepit, datur intelligi, quod Clericus criminis non efficitur de foro Sæculari, nec Judex laicus habet in eum Jurisdictionem, nisi postquam ab Episcopo fuerit actualiter degradatus, & pronunciatum non esse amplius de foro Ecclesiæ, etiamsi pro delicto quantumvis gravi, esset verbaliter depositus;

Q 4 ut



ut enim Clericus in Sacris constitutus ad mortem damnari valeat exigitur perneceffe Episcopi actualis degradatio, ut firmant Grass. de effect. Clericat. eff. 1. n. 822. & seqq. Guazzin. de defens. reor. def. 39. cap. 1. num. 10. Fagnan. in dict. cap. novimus num. 3. de verb. signific. & cæteri concordantes apud Raynald. observ. crim. tom. 1. cap. 7. §. 1. num. 199. & quatuor seqq.

12. **UNA CUM PROCESSU**. Degradatus debet consignari Judici laico una cum Processu, non tamen originali, sed publica, & integra illius copia: cum Sæcularis Judex non possit reum mori facere, nisi ex Processu formato per Judicem Ecclesiasticum, Ricc. dec. 329. num. 7. part. 3. quem sequitur Sperell. decis. 86. num. 24. An autem Judex laicus possit cognoscere de viribus sententiæ Tribunalis Ecclesiastici, & de revelantia probationum in eodem Processu deductarum, Raynald. observ. criminal. tom. 1. cap. 7. §. num. 1. 231. dubium movet, sed non resolvit, & remissivè se habet ad Cortiad. decis. 34. Grass. verò de effect. Clericat. effect. 1. num. 829. sic respondit — Aliqui pro concordandis contrariis opinionibus distinctione ista usi sunt: aut scilicet Clericus sit traditus Curiae Sæculari pro crimine mero Ecclesiastico, ut est hæresis, & tunc Judex Sæcularis nihil ultra gerere, vel videre, vel cognoscere debet, sed statim exequi sententiam, quia ipse est incapax talis cognitionis, & jurisdictionis: aut verò de alio crimine Sæculari tractatur: ut est homicidium, vel etiam mixtum, ut est sacrilegium, cujus cognitionis est capax: ex quo in eis potest habere jurisdictionem, & isto casu opinio Bartoli est verissima (tenet enim Bartol. quod tunc possit cognoscere) &c. & num. 381. prosequendo dicit — At Decian. dist. cap. 4. num. 123. dicit: cum Judex Ecclesiasticus Clericum tradiderit Judici Sæculari, ut ipse circa penam sanguinis iudicet sequitur quod Judex laicus non teneatur illum mori facere, nisi ex Processu formato per ipsum Judicem Ecclesiasticum liquido appareat tali pœna esse dignum, & si hoc Judici laico non videbitur, poterit melius inquirere, & processum impingua-

re, & ratio est, quia ipse ita traditus non est à Judice Ecclesiastico condemnatus ad mortem, idè laicus Judex non poterit dici merus exequutor Judicis Ecclesiastici: quia ille dicitur Exequutor merus, qui alterius vel suam sententiam exequitur, à qua ei non licet recedere &c.

13. Hanc eandem distinctionem affert Vulpin. succ. Farinacc. part. 20. quest. 97. num. 14. per hæc verba — Sed in Criminalibus quando sumus in crimine Sæculari, vel mixti fori, in quo Judex Sæcularis jurisdictionem habet hoc casu non exequitur, nisi sibi exhibitò processu, & nisi sententiam viderit justam: quia cum traditus Curiae Sæculari fiat ejus subditus, illum ut subditum iudicare debet, cognita scilicet validitate sententiæ: Si vero criminosa sententia Ecclesiastica, tunc tenebitur exequi, absque alia cognitione, & ita firmus. Et idem ferè per eandem verba tenet Zuffi de leg. process. lib. 2. quest. 26. num. 18. & 19. & sequuntur quoque Ricc. in pract. part. 2. resol. 89. num. 1. vers. amplius secundo Bellet. decis. Cleric. part. 1. de sacro Cleric. pers. §. 13. Sperell. d. decis. 86. numer. 24.

14. Quid autem dicendum si Judex laicus ex privata scientia Clericum degradatum nosceret innocentem: per testes tamen in Processu de crimine plenè convictum, an inquam deberet eum morti tradere; Quæstio ista celebris est inter Theologos, & DD. & adhuc sub Judice lis est: cum tam pro affirmativa, quam pro negativa adfint valide rationes: Ego autem negativam sequor: Nam quamvis verum sit, quod Judex agit personam publicam, & sic iudicare debeat secundum notitiam publicam, quæ habetur per allegata, & probata in processu, ut asserunt fautores affirmativæ sententiæ inter quos adest D. Thom. in summ. quest. 64. art. 6. & quest. 67. art. 2. Barbof. in cap. pernicioso numer. 9. de offic. judic. Ordin. & axiom. 171. numer. 2. Piafec. in pract. part. 2. cap. 4. tit. de person. judic. num. 30. Patierin. Tribunal. Regular. quest. 29. artic. 2. num. 44. & 45. & alii in magno numero ab eis allegati: Verum est etiam quod

quod decisio directa innocentis est ab intrinseco mala, & proinde jure naturæ, & Divino repugnans, unde dicitur in *Exod. cap. 23. infontem, & justum non occides*: lex verò obligans ad judicandum secundum allegata, & probata, est positiva humana: ideòque quod Judex, qui privatam notitiam habet innocentiae damnati, non debeat illum morti tradere, sed judicare secundum suam conscientiam tenent P. Felix Poteft. *Panormitan. in Examin. Eccles. num. 118. & 119. tom. 1. Barbof. dict. axiom. 137. num. 3. limit. 3. Pac. Jord. elucubr. tom. 3. lib. 13. tit. 5. num. 26. qui hæc habet* - *Limita in criminalibus, quia tunc debet imitari conscientiam Innocent. &c. sed quia limitatio non procedit sine contradictione, neque simpliciter. Lessius dict. dubio decimo, restringit quando ageretur de vita hominis, vel membri ejus; tunc enim si Judex certo sciat innocentem, ut privatum, non poterit condemnare ex allegatis in contrarium prout ex multis rationibus, & DD. auctoritatibus ipse probat, contrariam nihilominus sententiam fatetur esse probabilem. Pirhing. in jus canon. libro primo, tit. 32. qui post longum examen tandem huic Negativæ Sententiæ adheret num. 10. & 14.*

15. **PRÆSENTIBUS ET ASSISTENTIBUS.** An Prælati, & aliæ personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, quæ Degradationi interesse debent juxta Concilii Decretum, debeant assistere tanquam conjudices, vel potius adhibeantur pro actus solemnitate, altera est quæstio: Nam Barbof. *allegat. 110. num. 26. quem sequuntur Guazzin. Jun. ad defens. animar. libr. secundo, defens. sexta, cap. 44. num. 41. Bifs. hiorurg. litter. D. verb. degradatio num. 78. §. decimo, tenet illos assistere debere tanquam conjudices, & suffragium dare debere. At Fagnan. in cap. qua num. trigesimo secundo, de consecrat. Eccles. vel Altar. dicit eos non debere interesse examinationi causæ, vel Processui, sed actuali Degradationi assistere, ut simplices Assessores: huic Fagnani Sententiæ se subscribit Passerin. in cap. quoriam num. vigesimo quarto, & sequentibus de hæret. in sexto,*

ubi ex Decreto Congregatio Concilii, quod etiam refert Gallemart. *supra capit. quarto, session. decimatertia, de reformat.* probat personas hujusmodi intervenire pro actus solemnitate, & hæc est veritas: Quidquid enim dicendum esset inspecto jure antiquo; hodiè attentata Concil. Tridentin. sanctione *capit. quarto, session. decimatertia, de reformation.* qua Canones antiqui hac in parte innovati sunt, personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ nil aliud agere debent, quàm præstare præsentiam, & assistentiam, quia nullum verbum legitur ex quo significetur, ac inferatur has personas convocandas esse tanquam Conjudices; quod certe Concilium expressisset, si voluisset, à pluribus Judicibus degradandos; judicandos esse: imò cum Episcopus possit convocare Capitulum, & alias personas etiam laicas extra Diocesim, ut communiter tradunt Fagnan. & Passerin. *locis supra citatis, & Pirhing. in jus Canon. libr. quinto, titul. septimo, de hæret. num. 89. versiculo notandum secundo, fit evidens, quod non debent esse Judices.*

16. Tunc enim solum in Criminalibus Episcopus utitur Conjudicibus, quando procedit contra Capitulares; quia Adjuncta ad formam Concilii deputandi *session. 25. cap. sexto, habent votum decisivum: & tenetur observare sequentia. Notarium ipse solus eligit, & deputat. Fiscalem quem maluerit assumit. Locus ab eo eligitur, ubi conveniri debeat dummodò non eligatur Ecclesia. Adjunctos Deputatos à Capitulo esse Conjudices, & nihil per se posse statuere. Decreta omnia faciendâ sunt ab Episcopo cum intervenitu Adjunctorum, exprimendo Episcopum ita decrevisse etiam de consilio, & assensu N. N. Adjunctorum. Omnia exequenda communi nomine, & mandata relaxanda. Ita fuit responsum à Sacr. Congregat. Concil. Cardin. de Castro Archiep. Hispanen. 1. Septembris 1589. lib. septimo, litter. pag. 72.*

17. Notandum tamen est quod Concilii dispositio non habet locum, nisi in Capitulo exempto, ut patet ex declarationibus relatis à Gallemart. *supra*

pra d. cap. 6. & re examinata auditis partibus respondit quoque Sac. Congregat. Episcop. in una Giennen. 5. Februar. 1700. in qua cum Episcopus instaret pro revocatione Decreti à Capitulo ( iplo Episcopo inaudito ) obtenti quo injungebatur eidem, quod procederet cum Adjunctis, & Capitulum exemptionem prætenfam non probaret, ad relationem Eminentiss. Card. Tanaræ resolutum fuit - *prævio recessu à decis. Episcopum posse procedere sine Adjunctis.*

18. IN ORATORIO PUBLICO. Degradatio debet fieri in aliquo Oratorio publico, vel Ecclesia: quamvis locus Sacer non sit de substantia actus: Nam sicuti Clericus in Ecclesia Ordines suscepit, ita convenit, ut illorum in ea exercitio, & executione privetur, ut ab opposito probat Text. in cap. Episcopus 65. 11. quest. 3. Bonacin. de degrad. punct. unico num. 16. Guazzin. Jun. ad defens. Animar. lib. 2. d. def. 6. d. cap. 44. num. 45.

Modo di fulminare la Scommunica dopo fatte le trè publiche monizioni, e ricevuto il publicetur del Tribunale.

### FORMULA XII

#### SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatio debet publicari modo prescripto à Sacris Canonibus.
- 2 Monitorium Papæ in forma scripturæ non potest alterari, sed debet publicari prout jacet.
- 3 Excommunicatio non debet fulminari modo insolito.
- 4 Excommunicatio separat fidem à consortio fidelium, & est æterna mortis damnatio.

**D'**Ordine di Monsignor Illustriss. & Reverendiss. N. Vescovo d'N. (ò d'altro legitimo Superiore Ecclesiastico, e haverà conceduta la Scommunica, ) si fulmina la presente Scommunica ad istanza di N. N. contro quelli e hanno notizia, e scienza delle cose contenute nel presente publicato Monitorio, e che non hanno rivelate, ò che occupano, e ritengono le cose spettanti al detto instante: cioè con questa fulminazione di Scommunica, che si publica coll' autorità data da GIESU' CRISTO a i suoi Ministri, si dichiarino esclusi, e separati dalla Communione de Fedeli, indegni, & incapaci d'ogni bene spirituale, che si fa nella Santa Chiesa, e si condannano alla morte eterna dell' Inferno.

#### ADNOTATIONE.

**LA PRESENTE SCOMMUNICA.**  
Cum in præcedenti formula actum fuerit de degradatione Clericorum, & de modo illos excludendi ob delictum à protectione Ecclesiæ: non videtur incongruum, quod hic ponatur forma excommunicationis, qua ob inobedientiam, & contumaciam præstitam mandatis Ecclesiæ, etiam laici segregantur à consortio fidelium.

1. Porrò Rector Ecclesiæ, sive alius Sacerdos, dum actualiter fulminat ab Altari die festo post lectum Evangelium

(non tamen in festis solemnioribus) supradictam excommunicationem, debet tenere candelam accensam manu dextera, & in sinistra Cedulam excommunicationis, & prolatis istius ultimis verbis, Cedulam combure, & unà cum candela ardente in terram cum contemptu projicere; pedibusque conculcare, & extinguere coram Populo, juxtà modum traditum, tum à Canone in capit. debent 106. 11. quest. 3. tum à Bonifacio VIII. in extravag. commun. de decim. cap. unico in futurum à Joanne XXII. eodem loco in extravag. unica de furt. circa medium, tum deum in hoc meo Formular. part. 1. annot. ad.

ad form. 17. tit. 6. num. 1. & 2. & ita servatur in Alma Urbe: Candela autem non retinetur ad aliquem usum, sed foras projicitur, ut monet gloss. in dist. cap. debent.

### 2. PUBLICATO MONITORIO.

Quod scilicet expeditum fuit auctoritate ordinaria juxta formam à me traditam par. 1. tit. 6. Formula XVI. Si enim monitorium esset impetratum à Summo Pontifice in forma Significavit: pars ad cujus instantiam fuit expeditum, non posset formare, & publicare alia capita ultra expressa in ipso monitoriali rescripto; sed esset publicandum ad verbum, non alterando sensum, sermonem, nec verba (licet possit publicari materna lingua) alias excommunicatio esset nulla, tanquam lata à Delegato, non servata forma rescripti: nisi fortè adesset clausula -- Latius arbitrio tuo, vel significantis, quæ tamen raro apponitur, ut advertit Genues. in prax. cap. 1. notab. 12. quem sequitur Lazar. quæst. canon. sect. 1. quæst. 18. num. 17. & 18. & notat etiam Gavant. manual. Episcop. verb. excommunicatio n. 20.

3. CON QUESTA FULMINAZIONE. Fulminatio excommunicationis, non debet fieri modo insolito, & à Sacris Canonibus, & ab Ecclesia non recepto, nec probato, nec minus verbis imprecatoriis, aut alio modo actionem, tam seriè vilescitibus Gavant. loc. cit. num. 39. sed gravitate, & proprietate Ecclesiastica, modo, aut simili quo supra: ut docet in terminis Lazar. quæst. canonic. sect. 1. quæst. 19. num. 6.

### 4. SI DICHIARANO ESCLUSI ETC.

**M**oneatur de Ordine Sac. Congreg. Immunitatis N. ad discedendum ab Ecclesia N. (sive loco immuni N.) ad quam (seu quem) confugit, & in qua (seu quo) modò moram trahit: quoniam *justis de causis*, terminum peremptorium ad parendum trium dierum ab executione presentium ei præfigimus sub pœna abstractionis per vim, & referatur omni &c.

N. Episcopus N. (sive Vic. Gen.)

Die ... Detulit mihi Cancellario infra scripto, Cujus Nuncius publicus hujus Tribunalis medio ejus juramento, se personaliter munuisse supradictum N. confugam

**E SI CONDANNANO ETC.** Ponuntur in Formula hæc verba, ut Populus edoceatur de effectibus excommunicationis, & magis illam incurere pertimescat: excommunicatio enim excludit, & separat fidelem à communione fidelium, & est æternæ mortis damnatio, ut explicat gloss. in cap. presentii verb. declaramus circa fin. de sent. excomm. in 6. & in clement. unica vers. excommunicationis de exception. Cætera quæ ad hanc rem pertinent vide in 1. par. annot. ad form. XV. d. tit. 6.

Monitionis contra Confugas, recedendi à loco immuni.

### FORMULA XIII

#### SUMMARIUM.

- 1 Confugientes ad loca immunia non sunt extrahendi sine causa justa.
- 2 Confugientes ad loca immunia quibus de causis extrahantur, & num. 3.
- 4 Confugientes ad Ecclesias debent suscipi, & qui illos exturbat meretur reprehendi.
- 5 Confugientes ad Monasteria Regularium non possunt à Regularibus expelli quoties disciplinam regularem non perturbent, quamvis essent censuris ligatis, vel Infideles, ut Hebræi, Turcæ.
- 6 Confugæ extractio à loco immuni non fit sine processu.

fugam in Ecclesia N. (seu loco immuni N.) ad discedendum ab ea (vel eo) & in propriis manibus copiam integram supransertæ monitionis reliquisse, & ita retulit &c.

Ita est N. Cancellarius Curie Episc. N.

## ADNOTATIONES.

1. **JUSTIS DE CAUSIS.** Quia immunitas Ecclesiis concessa, tribuere non debet delinquentibus impunitatem: ideo Sacra. Congregatio Immunitatis, solet præcipere Ordinariis locorum, ut homines perditos, & facinorosos, ad illas confugientes, juris remediis, ac etiam per abstractionem propellant, & non solum ab Ecclesiis, & locis immunibus ipsis subiectis, sed etiam exemptorum. Verum quia non pauci cortici verborum Epistolæ enciclicæ inhærentes, & deservientes, sæpè privilegium debenti auferunt, & indirectè vulnerant contra mentem Congregationis, & monitum text. in cap. quanto de privil. ideo hîc in formula pununtur verba notata, ad demonstrandum, quod confugientes ad loca immunita, non sint expellendi, nisi præcedant causæ justæ, utpotè quia Confugio abutantur.

2. Hocque mirificè probat Constitutio excerpta ex Concilio Ephesino, per extensum relata à Petro Phitæo in notis ad Cod. libr. primo, titul. 12. post l. patent de his qui ad Eccles. confug. quam ipse vocat Edictum Regium, in qua inter cætera hæc habentur -- Pateant proinde trepidis Magni Dei Tempia, supplices fugientes communi suscipiat ara; nec ulla veluti superior comminatio divinum auxilium, quod omnibus ex æquo sese offert, ab ejus aedibus audeat propulsare. Qualis enim Naufragorum in suis calamitatibus misericordia reliqua erit, si litius præcludas, & fontem siti laborantibus perturbas, aut quænam humanis calamitatibus medicina supererit, si calamitatis Deus ipse denegetur? Nostri igitur temporibus non solum Sacrosancta Altaria, & quadratum Populi Oratorium murorum ambitu circumseptum, confugientium securitati conferre sancimus: sed quidquid præterea inde est loci usque ad Ecclesiæ fores extremas, per quas preces facturi primum ingrediuntur, hoc totum con-

fugientibus misericordiam esse defuimus, & constituimus.

Et infra - Ita tamen ut nemini confugientium in Dei Templo, aut apud sacras aras manere, aut cibum sumere, aut dormire, aut etiam pernoctare liceat; idque non modo Clericis propter religionem fieri prohibentibus, sed ipsis quoque confugientibus sacre pietatis causa detrectantibus: nè qui confugiunt, dum usus proprios sacris rebus admiscunt, impuro animo confugere videantur, & qui hujusmodi turpitudinem à sacris altibus arcere possunt, pietatem cui deseruiunt, violare videantur.

Et inferius -- Ferrea autem, vel alterius generis arma ad defensionem comparata, ne confugientes habeant, neve intra Sanctam Ecclesiam inferant omnimodo prohibemus &c. Quamobrem qui sine armis ad Sanctum Dei Templum, vel ad Sanctum Altare in quacumque illigente, vel in hac Civitate confugerint, in Templo dormire, aut etiam in Altari, vel in ipsis locis cibum sumere, citra ullam injuriam à Clericis prohiberi debent. Et ita res hæc erga eos gerenda est, ut non à prohibente injuria inferri, sed religionis ratio rem, quæ geritur exigere videatur. Proinde illos paventis de Sanctitate, ac puritate loci commoneant; religioni cum humanis necessitatibus nihil commune esse doceant &c. intelligant religionem humanis sordibus, naturalisque necessitatibus injuria contaminandam, aut profanandam non esse ei, qui per eam ipsam religionem tueri se abjurata velit. Quod si quispiam nihil his omnibus anpverit, aut assensus fuerit, tum demum religio mansuetudini anteferatur, & ex Divinis locis ad ea, quæ superius dicta sunt, cum propulsæ audacia.

Et paulò post -- Quod si quispiam sacri actus aliquod istorum nostrorum Deceptorum in quocumque Ecclesiastico loco violaverit, sive id fiat extra templum, sive intra templum, sive etiam circa templum, jubemus, ut confestim Episcopi auctoritate à

te à solis Clericis arma deponere compellatur, & severius etiam pro sua salute, spe illi data atque fiducia, quod Religione, ac pietate securius manietur, quam armorum presidio. Quod si legis nostrae auctoritate, voceque Ecclesiastica commune facti in vesania sua perseverent, neque arma, quae præter suas, non salutis, sed tyrannidis, & Sacriligii audacia coeperant, reliquerint: sciant quod tot tantisque Denunciationibus, ac præceptis placata Religione, & à nostra serenitate, & ab Episcopis excusatione facti Deo reddita, pro sui sceleris ratione, etiam per armorum ingredientium vim abstrahentur, & omnium calamitatum generi subjicientur, &c.

3 Hinc inquam edocentur Episcopi, quod licet eis injungatur ab Urbe expulso à locis immunibus malorum hominum delinquentium, non de omnibus, neque de miseris intelligendum venit, sed de illis delinquentibus, qui vel loca Sacra prophanis operibus fœdant, vel in ipsis actu, vel habitu delinquere non verentur: tunc enim quia indignos se reddunt protectione Ecclesiæ, ut dicit *Glos. in cap. fin. de Immunit. Eccles.* merito expelli debent, prout jubet Sanctio mox supra relata, & *Sacr. Congreg.*

4 Cæterum in aliis casibus, & præsertim non exceptis, non debent expelli, sed suscipi, quia habent jus confugiendi, & qui vellet expellere, illos jure confugii privaret, & graviter peccaret contra justitiam, per text. expressum in *l. presenti, C. de his qui ad Eccles. confug. ibi—Præsenti lege decernimus nullos penitus cujuscunque conditionis sint de Sacrosanctis Ecclesiis, orthodoxæ fidei expelli.* Et infra—*ex his ergo locis eorumque finibus nullos expelli, aut ejici aliquando patimur: nec in ipsis Ecclesiis reverendis, ita quemquam detineri, atque constringi, ut ei aliquid victualium rerum, aut vestis negetur, aut requies,* Guazzin. *Jun. ad defens. anim. lib. 2. defens. 1. cap. 14. n. 7.* non obstante, quod possent in alium locum immunem se recipere, quia habent electionem confugiendi ad omnem locum immunem, & propterea, qui eos exturbat, meretur acriter ab eadem Sac. Congr. repræhendi, tanquam immunitatis violator, *Sac. Congreg. Immun.*

in Neap. 21. Aug. 1694. l. 1. decr. Vallent. p. 140.

5 Et quod dico de Ecclesiis, & locis immunibus Ordinario subjectis, intelligi etiam procedere in Ecclesiis, & Domibus Regularium, qui quoties confugientes ad illorum Monasteria modestè se gerant, quietem, disciplinam Regularem non turbent, neque moribus inficiant, non debent, nec possunt illos expellere, Thom. del Bene. *de immunitat. part. 2. cap. 16. dubit. 48. per tot.* quem refert, & sequitur Sabell. *Summ. div. tractat. §. immunitas num. 26.* imò si confugiens sit pauper, quod teneantur illi dare alimenta, inquit Guazzin. *loco citato num. quarto,* quamvis essent Excommunicati, suspensi, aut ab ingressu Ecclesiæ interdicti; quia Censuræ non inducunt privationem privilegii, nec privant hominem ab ingressu Ecclesiæ materialis, sed formalis, videlicet ab ingressu in Ordine ad audienda Divina Officia, Dian. *part. 6. tract. 1. resolut. 26.* Sebast. Medic. *in Summ. peccat. capit. de censur. Eccles. capit. 9. quæst. 9.* Sayr. *de censur. lib. secundo, cap. 10. num. 19. & lib. 4. cap. 7. num. 12. & sequentibus, & lib. 5. cap. 9. num. 26.* P. Fælix Potest *in exam. Eccles. nu. 678. tom. 1.* imò quamvis essent infideles, ut Hebræi, Turcæ, *Sacr. Congregat. Immunit. in Sarzanen. 26. Septembris 1651. lib. 4. Dec. Paul. fol. 160. à tergo, & Cathacen. 18. Februarii 1631. lib. 2. Dec. Pauluc. fol. 95. à tergo.* Quidquid sit de illis Regularibus, qui juxta proprii instituti Statuta ab Apostolica Sede approbata, Bannitos, fures, aliosque similes delinquentes in Monasteriis receptare non possunt, prout habere Augustinianos refert Lantusch. *in Theatr. regular. part. secunda, verb. inquisiti num. 1.*

6 Porrò dum confuga monitioni non parat, & Episcopus facultate sibi à Sac. Congr. tributa vult uti, & à loco immuni illum vi extrahi facere, & ad carceres deduci, constare debebit in actis de abusu confugii, idest de causis propter quas reus meruerit inde abstrahi, & postea Processum transmitti ad eandem Sacram Congregationem, quam ulterius reddet instructam de delicto, seu delictis, de quo seu quibus ipse confuga reperitur inquisitus, gravatus, vel condemnatus, & illius

illius oraculum expectare. Mandatum autem de carcerando, seu extrahendo poterit concipi sequenti, vel simili modo.

Mandati de extrahendo Confugam a loco immuni.

FORMULA XIV.

SUMMARIUM.

1. Licentia extrahendi Confugam a loco immuni in casibus non exceptis, non

potest ab Episcopo concedi, nisi per delegato Sacrae Congregationis.

2. Qui delinquit in Ecclesia non ex proposito, sed accidentaliter, vel provocatus, vel infert vulnera, et membra non mutilat, gaudet immunitate, sed debet ab Ecclesia depelli, & num. 3.

4. De immunitate, & pertinentia ad illam remissive.

5. Ecclesia in quibus casibus per effusionem sanguinis polluat, vel non referuntur plures casus.

**T**ibi N. Baroncello nostrae Curiae, vigore facultatis Nobis à Sacra Congregatione Immunit. de Urbe concessae, committimus, & mandamus, ut accedas cum tuis Licitoribus ad Ecclesiam N. (sive Domum immunit. N.) ubi reperitur N. Confuga, & eum cum assistentia R. Presbyteri N. capias, & captum inde extrahas, & extractum sub tuta custodia ad Carceres nostros perducas, ibi retinendum ad liberam dispositionem ejusdem Sacrae Congreg. Te admonentes, ut captura, & extractio d. N. sequatur cum omni decentia, & reverentia loco immuni debita: quoniam, &c.

N. Episcopus N. Delegatus.

Ego infra scriptus testor, & cunctis indubiam fidem facio, qualiter die... hora... in Ecclesia N. (sive Domo immuni N.) à Baroncello N. ejusque Birruvatis, vigore mandati Illustrissimi D. Episcopi fuit captus, & extractus à d. Ecclesia N. confuga, cum assistentia R. D. Presbyteri N. deputati, & cum omni decentia, & reverentia loco immuni debita, presentibus, & videntibus N. & N. Testibus ad id specialiter adhibitis, atque rogatis. In quorum, &c.

Ita est N. Cancellarius Episc. Curiae N.

ADNOTATIONES.

1. Licentia ista valde discrepat ab alia quam dedi tom. 1. tit. 6. form. 8. Nam illa conceditur ex justitia, & auctoritate Ordinaria pro extrahendis delinquentibus in casibus à Gregoriana exceptis ad requisitionem Curiae Sæcularis: hæc autem permittitur jure delegato, ad repellendas abominaciones à loco Sancto, ne vel improbis profana esse videantur ea, quæ Divina sunt, neque in Sacratibus Deo-

que dicatis locis liceat ea facere, quæ tibi in aliis quidem passim impunè fieri permittendum est.

2. Qui autem delinquit in Ecclesia non ex proposito, vel insidiosè, sed ex impetu, aut casu fortuito, vel accidentaliter, non dicitur Ecclesiam violare, & ideo gaudet immunitate, Host. in cap. de immunit. Eccles. Innoc. in cap. inter alia eodem tit. Sacrae Congregat. Episcop. in Br nonien. 13. Septembr. 1619. Gaudet quoque immunitate, qui in Ecclesia delinquit.

quit provocatus Sac. Congregat. Immunit. in Algar. 24. Martii 1637. lib. 3. fol. 37. Item gaudet ille, qui non occidit, nec mutilat membrum in Ecclesia sed infert vulnera, seu sfrisia Sac. Congreg. Episcop. in Januen. 16. Novembr. 1618. & Sac. Congreg. Immunit. in Cæsaten. 6. Maii 1653. libr. quinto Decret. Paul. folio 13. Conciol. resolut. criminal. verb. immunitas resol. 3. num. 13. ubi dat concordantes. Membrum autem dicitur quis mutilare, si abscindatur pes, oculus, manus, nasus, lingua, digitus autem, dens, barba, cartilago auriarum, non dicuntur membra, sed ad iutoria membrorum, Conciol. ibid. num. 14.

3. Verum etsi hæc, & similia delicta non excepta, confugam immunitate non privent: nihilominus, quia regulariter sine scandalo evenire, & non nisi à solitis delinquere, patrari, illum gravant, ut mereatur juxta supra deducta, & formam traditam, ab Ecclesiis, & locis immunitibus legitima auctoritate depelli, pro ut sunt etiam fraudolenti Debitores, Guazzin. ad defens. animar. lib. 2. defens. 7. addit. ult. num. 8. semper tamen adhibita cautela, ut neque indirectè incidat in manus Curiaæ Sæcularis.

4. Cætera ad immunitatem pertinentia vide in tom. 1. tit. 6. annot. ad formul. 8. & in Appendic. annot. ad Bullam Greg. XIV. pag. 286. & in annot. ad litt. Congr. Immunit. pag. 331. & iis, quæ de Ecclesia pollutione dixi in annot. ad form. 10. num. 27. tit. 6. adde sequentia.

5. Non polluit Ecclesiam effusio sanguinis facta ad propriam defensionem. Secundo facta casualiter, aut ab infante, vel infano. Tertio si vulnus fuit factum extra Ecclesiam, & percussus ingrediatur intus, & ibi effundatur sanguis, aut moriatur: secus si unius inferatur intus, & percussus sit egressus extra, & ibi sanguis effusus, vel ductus ad Domum post paucas horas moriatur, nam tali casu injuria fit Ecclesia, quia data fuit in ea causa physica effusionis. Quarto si secetur vena violenter, dummodo non sequatur mors: quia vena naturaliter est copiosi sanguinis emissiva. Quinto, si quis fortè cum aliquo contendens pugno eum percutiat in

naribus, & flueret sanguis in magna quantitate. Sexto ex vulnere, & effusione Sanguinis hominis mortui, puta cum quis vulneravit Cadaver inimici. Polluit è contra recisio digiti, ratione notabilis effusionis. Secundo, occisio fidelis facta in Ecclesia ab Hæretico ob fidem. Tertio, occisio unius ex errore facta pro alio in Ecclesia. Quarto, verberatio alicujus facta in Ecclesia si sequatur intrà breve tempus mors, licet non sit effusus sanguis, P. Felix Potest. Panormic. in Exam. Ecclesiastico num. 576. & 577. tom. 1. plenius Sayr. de censur. lib. 5. cap. 16. per tot. Nicol. lucubr. Canon. lib. 5. tit. 39. de sentent. excommun. num. 232.

Edicti prohibitionis accessus ad Monasteria Monialium.

### FORMULA XV.

#### SUMMARIUM.

- 1 *Votum Religionis est Sacrificium Deo gratissimum.*
- 2 *Officium Episcopi quale sit ostenditur.*
- 3 *Episcopus concedit licentias ingressus in clausuram monialium quantumvis exemptarum.*
- 4 *Moniales tempore bacchanalium aut recreationis non utuntur veste virili, neque armis se accingunt.*
- 5 *Episcopus circa ea, quæ pertinent ad clausuram potest processus construere, & Moniales exemptas examinare inconsultis Superioribus eorundem.*
- 6 *Moniales exemptæ confiteri non possunt confessario ab Episcopo Diocesano non approbato.*
- 7 *Superior Regularis Monialium non potest Confessiones earundem audire, nisi præcedat approbatio Episcopi.*
- 8 *Episcopus in casu negligentia Superiorum Regularium, & ex alia legitima causa, potest deputare confessarium extraordinarium monialibus Regularibus subiectis, &*

nu-



- num. 9. & 10. & afferuntur cause .
- 11 *Moniales non debent alloqui cum exteris ad fenestrellam communionis .*
- 12 *Hebræi non debeat accedere ad collocutoria Monialium .*
- 13 *Hebræi quibus de causis tollerentur ab Ecclesia demonstratur .*
- 14 *Licentia ingressus in clausuram Monialium à nemine dari potest sine approbatione Episcopi, non obstante privilegio, seu consuetudine .*  
*Ingressus in Monasterii clausuram neque Magistro Cæremoniarum, neque consanguineis Monialium occasione consecrationis ipsarum permittitur . ibi .*
- 15 *Licentia egressus à clausura concedi non potest monialibus ab Ordinariis, nisi in casibus in Bulla Pii V. contentis .*
- 16 *Episcopus ad custodiendam clausuram monialium, etiam exemptarum potest uti censuris .*
- 17 *Regulares alloquentes cum sola Abbatissa incurrunt pœnas quibus afficiuntur .*  
*Subcollectores accedentes ad colloquendum cum monialibus incurrunt eadem pœnas . ibi .*  
*Judex non potest accedere ad Collocutorium monialium ad interponendum Decretum in contractu puella secularis sine licentia .*  
*Clerici frequentantes Collocutoria Monialium sunt suspendendi . ibi .*
- 18 *Episcopus potest etiam semper negligentia Superiorum Regularium, visitare clausuram per se ipsum, vel per suum Vicarium Generalem .*

**E**ssendo lo scopo, e il fine dello Stato Religioso, la perfezione della vita Christiana, à cui per giungere si tolgono con esso gli ostacoli, che Pimpediscono, e con i tre tenaci legami d'una perpetua Povertà, Castità, & Ubbidienza, si rinunzia al Secolo, e'l Religioso, e Religiosa si consacra tutta senza riserva alcuna al servizio di Dio, al quale non solamente fa professione d'ubbidire in tutte le cose, mà anche al Superiore che è in suo luogo, giudicando col *Sacrificio gratissimo*, ch'ha fatto à S. D. M. della propria volontaria, che tutto quello, che comanda il Superiore sia giusto, giovevole, e ragionevole, purchè non sia contrario alla Legge di Dio, & alla regola professata. Quindiè, che desiderando, e volendo noi per quanto è dal canto nostro, che le Vergini consegrate à Giesù Christo co' Voti solenni di Religione, non siano distolte, e ritirate da questo fantissimo fine.

- 1 **Comandiamo, e proibiamo a tutte le Monache de i Monasteri di questa Città, e Diocesi, ancorche fossero soggette alla giurisdizione de Superiori Regolari, o in altra maniera esenti, che non possano parlare con secolari dell'uno, e l'altro sesso, nè con Regolari, di qualsivoglia, stato, grado, preminenza, e Religione, senza nostra licenza in scritto, ancorche fosse per breve spazio di tempo, e per motivo di conferire cose spirituali, o di confessarsi: ecce tuati il Padre, Madre, Sorelle, e Fratelli carnali secolari, o affini in primo grado; i quali fuori del tempo dell'Avvento, Quaresima, e de giorni ne' quali le Monache haveranno fatta la comunione, potranno parlare senza licenza, quando ciò non venga proibito dalla Regola, o Costituzione dell'Ordine.**
- 2 **Che ottenendo da noi la Licenza, debbano presentarla in mano della Madre Abbadessa, e non vadano alla grata, se prima non habbiano da essa impetrata con la licenza la benedizione, e non vi siano le Ascoltrici: procurando di schivarà discorsuotiosi, & inutili, e di sbrigarfi con brevità dall'affare per cui si sarà ottenuta la licenza.**

3. Che non vadano à parlare alle grate, che corrispondono in Chiesa, e molto meno *al finestrino della Communione*, ma solamente à quelle del publico Parlatorio in hore congrue.
4. Che in occasione di fiere, o mercati, nè in qualunque altro tempo, non ammettano, nel Parlatorio Mercanti, o altri venditori di merci *massime Hebrei*, senza nostra espressa licenza, la quale concederemo secondo, che conosceremo esser conveniente, e ragionevole.
5. Che i Superiori Regolari, o d'altri Monasteri esenti, non ardiscano di dar licenza a nessuna persona, ancorche fosse per cosa necessaria d'entrare nella Clausura, senza la nostra approvazione in scritto *non ostante qualsisia statuto, Privilegio, o consuetudine contraria*, sotto pena delle Censure.
6. Ammoniamo tanto i Regolari, quanto i Secolari, dell'uno, e l'altro sesso laici, & Ecclesiastici ad astenersi dall'accesso de' parlatorj di detti Monasterii e d'altri luoghi della Clausura de' medesimi per parlare con Monache quando non habbiano la nostra licenza: poiche contravenendo alla nostra ammonizione, e proibizione, procederemo contro di loro alle pene dovute, *ed anche delle Censure secondo la minore, o maggior gravezza della transgressione*.
7. Ricordiamo finalmente à tutte le Religiose à considerare l'utile, e l' merito, che proverà loro dall' osservanza del presente nostro Editto: giache per mezzo dell' ubbidienza, tutte le opere divengono migliori, e le azioni, che per se stesse non hanno merito, si fanno meritorie, e grate à Dio, e che all'incontro mostrandosi nell' esecuzione de nostri ordini disubdienti, & inosservanti ( non potendo più disporre delle proprie volontà ) offenderanno gravemente quel Signore, à cui già l'hanno consagrate, non eseguendoli, e disprezzando i mezzi, che conducono al fine nel principio accennato. Et il presente affisso, che farà &c. vogliamo &c. Dato &c.

N. Vescovo N.

N. Cancelliere.

## ADNOTATIONES.

1. COL SAGRIFICIO GRATISSIMO. Votum enim solemne Religionis offert Deo totum, quod habet homo, sic gratissimum ei est holocaustum. Habet homo triplex bonum. Primum bona externa, quæ secum affert Religiosus Deo per votum voluntariæ paupertatis. Secundum, bona proprii corporis, quæ offert per votum continentiæ, quæ abrenunciat delectationi corporis. Tertium bona Animæ, quæ offert Deo totaliter per obedientiam, per quam quis offert Deo propriam voluntatem, quod est maximum Sacrificium, Donat. *prax. rer. regular. tom. 4. tract. 1. de stat. Relig. quæst. 5. num. 9. & seqq.*

Monacelli Form. Pars II.

2. PER QUANTO E' DAL CANTO NOSTRO. Officia Episcopi sunt, impedire malam doctrinam, supplicare Deum, & orare pro Populo, ut ira Dei ab eo avertatur: ordinare Ministros Ecclesiæ cum cathela, præbere bonum exemplum, justitiam distributivam servare: officium prædicandi adimplere, & fructum expectare, patienter sustinendo, ut omnes erudiat, & ad salutem dirigat: sic docuit D. Paulus scribendo ad Timotheum in prima, & secunda Epistola, & ad Titum *cap. 1. & 2.*

3. Item jure novo Ecclesiastico, tenetur invigilare ad Custodiam Clausuræ Sanctimonialium, quarum cura eisdem præcipue commissa est *cap. unico §. su. de stat. regular. in 6. quod Concil. Trid.*

R

Trid.

vid. innovavit sess. 25. de regul. cap. 5. idedque prohibet accessum, & ingressum in Clausuram absque sua licentia, etiam in Monasteriis exemptis, vigore facultatis tributæ in Decreto generali a Sac. Congregat. Concilii Papa approbante emanato de anno 1610. & iterum renovato anno 1630. in Bellunen. in qua dicitur - *Leto in Sac. Congregat. Decreto circa ingredientes septa monasteriorum, omnes censuerunt illud esse edendum, & est tenoris sequentis* -- Tamen si alias Sac. Congregat. Concilii declaravit licentiam ingrediendi septa Monasteriorum Monialium exemptarum, & Regularibus subjectarum ex vera tamen necessitate, quæ Moniales respiciat conceden., seu acceden. ad loquendum cum Monialibus pertinere ad ipsos tantum Superiores Regulares; Nihilominus sub die 13. Novembr. 1610. quo magis Clausuræ observationi consulere tur, facultate sibi à SS. D. N. tributa statuit, & decrevit, ut deinceps intra huiusmodi septa ingredi nemini liceat, nisi licentiæ in casibus necessariis conceden. nedum à Superioribus Regularibus dd. Monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtenta fuerint, non obstant. quibuscumque legibus, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus. Postremo autem ad removendam omnem dubietatem, quæ ex huiusmodi Decreto forsan oriri potest, negotio iterum in Sac. Congregat. proposito, atque SS. D. N. relato.

Die 21. Martii 1630. Sanctitas sua declaravit huiusmodi à Superioribus Regularibus non esse petendas in illis locis in quibus adest consuetudo, ut istæ ab Episcopo tantum concedantur, hoc en. in casu statuit, & decrevit, talem consuetudinem esse servandam, & ipsorum Episcoporum tantummodo licentias sufficere etiam privativè quo ad ipsos Regulares lib. 4. decr. pag. 30. Et concordant alia Decreta Congregation. Episc. & Regul. quæ retuli tom. 1. annot. ad for. 19. tit. 11. nu. 7.

4. Item in eisdem Monasteriis exemptis non solum potest, imò debet prohibere nè Moniales tempore Bacchanali aut aliis temporibus recreationis, utantur habitu virili neque arma cuiusvis speciei tractent, ut mandavit olim Sac.

Congregat. Episcop. in Ferravin. 27. Aprilis 1604. sic rescribendo -- *Prohibeant Ordinarii nè Moniales Monasteriorum tam cit. quam Superioribus Regularibus subjectarum in Bacchanalibus, vel aliis temporibus recreationis utantur habitu virorum, neque cuiusvis speciei armis se accingant. Est enim hoc odibile Deo, ut habetur in Deuteronomii 22. ibi -- Non induatur Mulier veste virili, nec vir utatur veste feminea, abominabilis enim apud Deum quæ facit hæc.*

5. Et non tantum huiusmodi Edicta proponere, promulgare; sed ad effectum probandi delicta circa clausuram, & circa administrationem eorum honorum, nec non accessum ad Monasteria, & colloquia cum Monialibus, examinare potest etiam ex officio ipsas Moniales, & alias personas intra septa degenas & quomodolibet exemptas, ut declaravit Sac. Congregat. Concilii in Nullus 24. Augusti 1632. lib. 14. Decr. pag. 631. Superioribus Regularibus inconsultis, & irrequisitis, qui si obstare tentaverint, poterit Episcopus illos censuris coercere. Sac. Congregat. in Colimbricen. 26. Martii 1640.

6. **O DI CONFESSARIUM**  
Moniales Regularibus subjectæ, & confiteri non possunt Confessario ab Episcopo non approbato, non obstante contraria consuetudine ex Constit. Greg. XV. quæ incipit *Inscrutabili*, & respondit à Congregat. Concilii in Carducen. 12. Junii 1658. in qua ad instantiam Monialium S. Clarae propositis dubiis.

- I. *An habere possint Confessarium extraordinarium ab Episcopo Diocesano, non obstante contradictione Superiorum Regularium, quibus eadem Moniales subijciuntur.*
- II. *An confessarius eisdem Monialibus deputatus à suis Superioribus Regularibus debent necessario approbati ab eodem Episcopo Diocesano non obstante consuetudine, ut præteritur immemorabili? Et proliat resolutio.*

Ad 1. habere posse Confessarium Extraordinarium ad Epi-

Episcopo Diocesano in casu negligentiae Superiorum Regularium.

Ad 2. Confessarios ; etiam Extraordinarios Monialium , etiam Regularibus subjectarum post Constitutionem Gregor. XV. hac de re editam , nullatenus posse earum Confessiones audire , nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judicentur , & approbentur , non obstante quacunque contraria consuetudine lib. 19. Decr. pag. 60.

7 Et propositio etiam dubio pro parte Abbatis Generalis Vallumbrosanorum : An ipse possit audire Confessiones Monialium sibi subditarum absque precedenti approbatione Episcopi Diocesani eadem congreg. sub die 13. Novembris 1637. respondit non posse .

8. Et ulterius non solum potest Episcopus deputare Confessarium Extraordinarium Monialibus Regularibus subjectis in casu negligentiae eorum Superiorum , ut censuit Congregatio in resolutione primi dubii in dicta causa Cadurcen. sed etiam ex alia legitima causa , & alterius Ordinis , vel Sacerdotem Saecularem idoneum , ut eadem Sac. Congreg. respondit in Canevad. 20. Decemb. 1631. lib. 14. Dec. pag. 553. super qua tamen causa onerata voluit conscientiam deputantis.

9. Una autem ex legitimis causis intercederet , sit Superior Regularis petentibus Monialibus bis , vel ter in anno dare recusaret Confessarium Extraordinarium , vel Ordinarium finito triennio nollet remove : Nam nec primum denegare potest , ( imò tenetur offerre ) nec secundum confirmare , prout declaravit dict. Congregat. Concilii in Salutarium , in qua proponentibus Monialibus .

I. An Archipresbyter Cathedralis , cui imminet cura animarum possit esse Confessarius Ordinarius Monialium ?

II. An Episcopus possit denegare Monialibus petentibus Confessarium Extraordinarium bis , vel ter in anno.

III. An confessarii Ordinarii possint ultra triennium durare , & maximè per longum tempus ?

IV. An Confessionalia Monialium possint esse in Sacristiis , vel Domibus , quas inhabitant Confessarii ? Sac. Congreg. die 20. Septemb. 1642. respondit.

Ad 1. Non posse , sed posse indulgeri .

Ad 2. Non posse , imò teneri offerri .

Ad 3. Singulis triennis mutari debere .

Ad 4. Non posse , sed extare debere in Ecclesiis Monasteriorum . Salutarium lib. 17. Decr. pag. 103.

10. Item legitima quoque causa talis deputationis adesset , si Superior Regularis Monialis graviter infirmæ Confessarium extraordinarium denegasset : quoniam Monialibus in articulo mortis constitutis , Confessarium extraordinarium petentibus , esse omninò concedendum , etiam si bis , & ter in anno habuissent , declaravit ead. Sac. Congreg. in Nullius 6. Aprilis 1647. lib. 18. Dec. pag. 323.

11. AL FINESTRINO DELLA COMMUNIONE . Nunquam est permittendum , quod loco usui tam Sacro destinato Moniales abutantur ad colloquendum cum exteris ; sed strictè prohibendum , prout strictissimè id prohibet Synod. Farfen. in tit. de Monial. §. 10. Crispin. de visitat. part. 2. §. 42. nu. 61.

12. MASSIME HEBREI . Quia antiqua Judæorum improbitas tanto execrator consistit in filiis , quanto ipsi ad cumulandam Patrum suorum mensuram in Dei filio repudiando gravius deliquerunt ( sunt verba prohæmialia Bullæ Gregor. XIII. 70. ad reprimenda illorum flagitia emanatæ , ) ideo alias

R 2 Sac.

Sacr. Congreg. Episcoporum vetuit accessum hebræorum ad Monasteria Monialium in *Ravennaten.* 28. *Novembris* 1594. quod decretum referunt etiam Gavant. *Manual. Episcop. vers. Hebræi num. 22.* Nicol. in *Flosc. verb. Judæi num. 10.* licet hodie in multis locis non fervetur, & propterea deberet iterum innovari.

13. Nam quamvis non ignorem, quod Ecclesia iustis de causis illos toleret nempe. Primò, quia plures ex illis in diem convertuntur. Secundò propter honorem Patriarcharum, & Prophetarum, ex quibus Populus iste processit. Tertiò propter reverentiam Christi, & Apostolorum, qui ex eodem Populo secundum carnem fuerunt geniti. Quartò propter nostræ fidei confirmationem, quia nobis utiles sunt. Habent enim penes se libros veteris testamenti, ex quibus testimonium proferimus de Christo *Isai. 7.* & morte ipsius, *Jerem. 11. Isai. 53.* Quintò ut ipsi sint nobis memoriale Dominicæ passionis, quam causam adducit *Jul. III. in sua Constit. 24. §. 2.* unde dicitur in *Psal. 58. Ne occidas eos ne quando obliviscantur Populi mei.* Sextò, quia in fine Mundi debent converti, unde dicitur in *Psal. 58. Convertentur ad vesperam in Jerem. 23. In diebus illis salvabitur Juda.* Nihilominus quia Christi plebi fuerunt, & sunt infensissimi hostes, idè à commercio, & colloquiis Sacrarum Virginum, quantum possibile est arcendi sunt: *Generatio enim perversa est, & infideles filii. Deut. 39.*

14. **NON OSTANTE QUALSISIA STATUTO, PRIVILEGIO, O' CONSUETUDINE.** Clausuræ Monialium custodia principaliter Episcopo commissa reperitur, neque alteri jus competit dare licentias ingressus private, non obstante privilegio, sive consuetudine contraria, prout disponunt *Concil. Trident. & Constit. B. Pii V. Gregor. XV. & aliorum Pontificum, & nuper declaravit Sac. Congreg. Concilii in Bononien. 17. Maii 1704.* neque licentias dare pro allucatione absque participatione Episcopi ibidem in responsione *ad quartum:* quia Decretis Conciliaribus, & Constitutionibus Apostolicis clausuram præcipienti-

bus, contraria Consuetudo non obstat, ut eadem Congregat. declaravit in *Sabinen. 3. Julii 1632.* in qua propositis ad instantiam Cardin. Episcopi sequentibus dubiis nempe.

- I. *An violantes Clausuram Monialium ad malum finem, non tamen pre-textu licentiarum, incidant in Excommunicationem solo Summo Pontifici reservatam?*
  - II. *An admittentes huiusmodi violantes in Clausuram sint excommunicationi obnoxii?*
  - III. *An Decretis Conciliaribus, & Constitutionibus Apostolicis Clausuram præcipientibus obstat contraria Consuetudo, etiam post Concilium introducta?*
  - IV. *An in Consecratione Monialium possint Moniales egredi Clausuram in ipso actu Consecrationis?*
  - V. *An occasione huiusmodi Consecrationis possint Magister Cæremoniarum, & Consanguinei, seu affines ipsarum consecrandarum saltem ex permissione Episcopi Clausuram impunè ingredi?*
- Sac. &c. respondit.
- Ad 1. Esse reservatam Summo Pontifici?*
- Ad 2. Superiores admittentes huiusmodi violatores in Clausuram esse excommunicationi obnoxios:*
- Ad 3. Decretis Conciliaribus, & Constitut. Apostolicis Clausuram præcipientibus nullam Consuetudinem obstat?*
- Ad 4. In Consecratione Monialium servandum esse Pontificale Romanum.*
- Ad 5. Ingressum in Monasterium Clausuram, neque Magister Cæremoniarum, neque Consanguineis ipsarum Monialium esse permissum lib. 14. Decret. pag. 637.*

15. Et non tantum ingressum, sed neque egressum valent Ordinarii Monialibus permittre in aliis casibus quantumvis gravibus in Constitutione Pii V. non contentis, idest nisi in casu lepræ, magni incendii, & Epidemiæ, ut præter Fagnan. allegatum tom. 1. titul. 7. annot. ad form. 1. n. 4. declaravit quoque Sac. Congregat. Episc. litteris scriptis Nuncio Hispaniarum 8. Novemb. 1594. in quibus nomine Epidemiæ, quemcumque morbum Populare contagiosum intelligi debere respondit.

16. ED ANCHE ALLE CENSURE. Sac. Congregat. Concilii in Auximana 26. Jan. 1658. declaravit Episcopum ad Claufuram Monialium custodiendam, etiam in Monasteriis subjectis Regularibus, uti posse censuris, easque ligare, ne dum Regulares accedentes, sed etiam Moniales facta de illis mentione, & Regulares non posse absolvere incurfos. Et Sac. Congreg. Episc. in Anconitana 8. Novembr. 1585. quod posset accessum prohibere etiam sub pœna corporis afflictiva.

17. Censuris autem affici possunt Regulares non solum si alloquantur cum Monialibus, sed etiam cum Abbatisa, juxta declarationem Sac. Congr. Concilii datam dubio proposito per Commissarium Generalem Ord. Min. S. Francisci de anno 1654. Quærenti enim illi - An Regulares ad dicta Monasteria accedentes, & cum Abbatisa alloquentes, incurrerent pœnas in eisdem Decretis inflictas, quas incurrunt Regulares, qui accedunt, & loquuntur cum aliis Monialibus? Congregat. respondit - Regulares alloquentes cum Abbatisa incurrere easdem pœnas lib. 19. Decr. pag. 425. Item Subcollectores, qui accedunt ad collocutoria sine licentia Sac. Congreg. Concil. in Taurinen. 13. Maii 1628. Judices verò laici, qui accederent sine Episcopi venia pro interponendo Decreto in Contractu Virginis Sæcularis existentis in Monasterio, pœna pecuniaria mulctandi essent: quibus tamen per Episcopum, nisi ex legitima causa renuat, deneganda non erit Sac. Cong. Concil. in Anconitana 18. Novembr. 1645. l. 17. Dec. pag. 525. Clerici autem, Monacelli Form. Pars II.

qui Collocutoria frequentant, sunt suspendendi cap. Monasteria de vit. & honest. cleric.

18. Ut igitur Claufura Monialium ubique tuta reddatur, potest Episcopus illam visitare, etiam semota quacumque Superiorum Regularium negligentia, aut suspitione violationis, illisque irrequisitis, & inconsultis, non solum per se ipsum, sed etiam per suum Vicarium Generalem ad hoc speciale mandatum habentem, & in casu resistentiæ, poterit contra renuentes, & contradictores, ad pœnas etiam censurarum procedere, prout declaravit Congreg. Concilii in Limana 12. Augusti 1628. lib. 13. Dec. pag. 512. & in Augustana 12. Januarii 1630. lib. 14. Dec. pag. 171. & in Rhegien. 9. Novembr. 1630. dict. lib. 14. pag. 340. & in Colimbricen. 26. Maii 1640. & in Neapolitana 14. Novembr. 1648. lib. 18. Dec. pag. 529.

Cætera, quæ ad hanc rem pertinent, vide tom. 1. tit. 11. per tot. & in Appendice ad Decr. Urban. VIII. super access. Reg. ad Monast. Monial. pag. 309. & seqq.

### Decreti publicationis Testamenti Parochi.

#### FORMULA VI.

#### SUMMARIUM.

- 1 Testamenta Parochorum manu conscripta debent publicari, ne voluntates Testatorum pereant.
  - 2 Testamenti Parochi manu conscripti publicatio fieri potest coram quocumque Judice Ordinario, & nu. 3.
  - 4 Testes examinati ad perpetuam, non probant, nisi fuerint examinati coram Judice.
- Testes examinati coram Judice incompetente, nihil probant, imò nec indicium faciunt, ibi.
- Testes nulliter examinati coram Judice competente faciunt indicium, & admuniculum. ibi.
- Testes examinati ad perpetuam si repeti non possunt, quia mortui, vel absentes sunt, probant. ibi.
- Testes examinati à Notario sine expressa

- pressa Judicis commissione, nihil probant, ibi.
- Testium examen in Criminalibus Notario committi non potest, ibi.
- 5 Testes concordantes cum Parocho in substantia dispositionis non dicuntur contrarii, licet in aliquo discordent.
- 6 Testis retractans in secundo examine primam depositionem coram Judice factam, standum est primo dicto.
- 7 Fallit regula in pluribus casibus, & n. 8. & 9.
- 10 Publicatio Testamenti à Parocho con-

- scripti fieri debet citatis interesse habentibus.
- 11 Testator, qui non habet heredes necessarios, non tenetur in foro conscientie bona relinquere consanguineis, quando non sunt in extrema necessitate, vel adest qui eos alere potest.
- 12 Camera Apostolica habet interesse in bonis Religiosi Apostatae decedentis contra Religionem.
- 13 Religiosi Domus S. Spiritus in Saxia de Urbe non possunt Testamenta condere.

**V**ISIS COMPARITIONE, ET INSTANTIA N. coram nobis factis, & super publicatione Testamenti quondam N. loci N. manu Parochi N. conscripti, & exhibitum: visaque ejusdem Testamenti scriptura, & super veritate dispositionis hujusmodi d. Parocho, spontè se examini subiciente audito, ac ejus juramento recepto: *Examinatusque coram Nobis testis, in eo per eundem Parochum adhibitis, eosque super toto tenore dicti Testamenti, cum depositione, & scriptura Parochi concordare reperit, etiamque etiam per proclama interesse habentibus, præfatum Testamentum dicti quondam N. publicavimus, & publicamus, & pro publicato, scripturaque publica haberi volumus, & pronunciamus, ac Instrumentum publicum, quatenus requiratur desuper confici, & extradi mandamus omni &c. Datum &c.*

N. Vic. Generalis N.

(Sive N. Judex Ordinarius locis N.)

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. **VISIS COMPARITIONES, ET INSTANTIA.** Licet regulariter publicatio testamenti Parochi, fiat ad instantiam hæredis scripti, aut aliorum interesse habentium: nihilominus, si isti per incuriam, illam non peterent, vel nollent, potest, imò debet fieri ad petitionem ejusdem Parochi, vel Promotoris legatorum piorum Curie Episcopalis ex officio; nè propter ignorantiam plebis reputantis Scripturam Parochi, absque alia publicatione validam, & probantem esse, Testatorum voluntates pereant, ut jam monui tom. 1. annot. ad Form. 19. tit. 19. nu. 57. Ubi num. 24. etsi de praxi servanda verba fe-

cerim: quia tamen Formulam Decreti publicationis hujusmodi invitus dare neglexi: modo hic illam reponere, & proximè ibi traditam auctoritate firmare curavi.

2. Nam præter Tusch. quem allegavi littera T. conclus. 109. eadem tradit, & approbat Oinot. super Instit. tit. 10. de Testament. ordin. §. final. sic inquires: *Sine scriptura fit Testamentum nuncupativum, quando Testator non adhibito Notario, simpliciter exprimit suam voluntatem coram testibus &c. Et quando hæres nominatus in tali Testamento vult, ut illud perpetuo probet, potest adire Magistratum illius loci, & petere ut testes coram quibus sic est nuncupatus hæres, cum aliis, qui interesse prætereendere velint citentur, in quo-*

rum presentia producat heres memoriale a privato quodam scriptum (ecce Parochus) voluntatem Testatoris continens, ac petat testes examinari, ut deponat, an hæc fuerit ultima voluntas Testatoris, vel si nulla fuerit scriptura ab herede producta, testes nihilominus examinentur, & eorum depositiones deponantur ad acta Judicis, vel conficiantur super his publicum Instrumentum per quod semper ultima voluntas Testatoris probare possit.

3. Et sic vides ex hac doctrina, quod propositio per me firmat in annot. ad dist. form. 19. tit. 10. num. 45. & seqq. nempe, quod processus istius publicationis fieri possit coram quocumque Judice Ordinario, vera est: Etenim cum appellatione Magistratus veniant Judices Ordinarii, ut probat Marant. in sua prax. par. 4. in 5. dist. judic. num. 49. sequitur quod etiam Judex Ecclesiasticus, & non tantum laicus, (ut asserunt contrarii) sit competens: sicut enim insinuatio Donationis potest fieri coram quocumque Judice, etiam si Donator, & res donata non subest illius jurisdictioni, ut dicit Fenz. ad Stat. Urb. cap. 150. nu. 15. & seqq. ita & publicatio Testamenti privati, quæ insinuationi æquiparatur.

4. EXAMINATIS QUE CORAM NOBIS ETC. Ponitur in Decreto hæc clausula ad demonstrandum, quod testes recepti fuerunt legitime examinati: Nam examinati ad perpetuam rei memoriam non probant, nisi sint examinati coram Judice, ut dixit Rot. coram Duran. decis. 363. num. 7. & seqq. Si verò Judex, qui illos examinavit non erat competens, non solum non probarent, sed nec indicium facerent. Gratian. discept. 674. num. 16. Zuff. de legit. process. quæst. 54. num. 26. Si autem nulliter essent examinati, dummodò Judex sit competens, faciunt indicium, & adminiculum Nicol. lucubr. Can. lib. 2. tit. 20. num. 8. Testes verò examinati ad perpetuum, si repeti non possunt, quia sunt mortui, illorum examen probat, & substat, Gonzal. ad regul. 8. Gloss. 9. annot. contr. nullit. num. 76. Add. ad Greg. decis. 434. num. 18. Passerin. Tribun. Regul. quæst. 11. art.

2. num. 29. Testes demum examinati à Notario sine expressa Judicis commissione nihil probant, Rot. coram Coccin. decis. 182. num. 6. imò in criminalibus quod Examen testium Notario committi non possit, tenet expressè Giball. in Gloss. ad Const. Ægid. lib. 4. cap. 21. num. 3.

5. CONCORDARE REPERTO. Hoc est in substantialibus: nam si testes, & Parochus in aliquibus circumstantiis essent discordes, & in substantia dispositionis testamentaria convenirent, optimè concordarent, ad traditam per Rot. decis. 53. num. 13. & decis. 173. num. 8. part. 13. recent. Testium enim depositiones, ut reducantur ad concordiam, (ne actus destruat) semper facienda est omnis possibilis interpretatio, Rot. coram Pen. decis. 194. num. . . . & dec. 270. num. 22. part. 7. recent. & præsertim in hac materia, in qua Judex procedit extrajudicialiter, summarie, & sola veritate Scripturæ recognita.

6. Si autem aliquis testium, post depositionem coram Judice factam, illam in alio examin retractaret, standum esset primæ, & non secundæ depositioni. Gloss. in cap. per tuas verb. informare de probat. cap. cum in tua verb. in hoc casu vers. tamen si testes de test. & in cap. veniens il 2. verb. voluerunt eod. tit. & in cap. præterea verb. incontinenti, ubi Host. & Innoc. de test. cog. Rot. decis. 346. num. 2. par. 1. div. & in rec. par. 4. dec. 605. num. 3. Et ratio est; quia quando testis jurat in secundo examine, eo ipso jam declarat se perjurium qui prius falsum juravit. Secundò quia per primam depositionem jam jus quæsitum fuit parti, vel Fisco, quod idem testis non potest amplius arripere. Tertio denique, quia posterior depositio; semper laborat suspitione subornationis. Et hæc conclusio vera est, etiam si testis retractaret suam depositionem in articulo mortis, quia tertio cui fuerat per primam depositionem jus quæ situm, non potest prædicare, Cæs. de Graf. decis. 1. tit. de rest. in integr. Barbof. Vol. 16. num. 82. lib. 2. Grass. conf. lib. 5. de adult. & sup. conf. 1. num. 25.



7. Excipitur tamen primò, nisi testis incontinenti dictum suum corrigat, quia si corrigat ex intervallo subornatus præsumitur, Farinacc. *quæst.* 66. *nu.* 127. vel nisi postea ex intervallo probabilissimam rationem asserat sui erroris, aut tam integre fidei persona sit, ut ipsi credi debeat asserenti fuisse deceptum, aut facti oblitum, modò correctio fiat ante publicationem testium.

8. Excipitur etiam secundò, nisi prior depositio extrà torturam spontè facta sit: posterior verò in tortura, tunc enim posterior depositio præfertur, si simus in personis, quibus sine tortura, fides non adhibetur, quales sunt viles, criminosi, infames; alii enim indebitè torquerentur.

9. Excipitur tertio, nisi posterius dictum testis, manifestis conjecturis, & præsumptionibus sit admiculatum, & conjunctum, adeo ut non levitate, aut odio, non prece, aut pretio, sed justa omnino ex causa, testimonium correxisse appareat, tunc enim illi præfertur, sic limitant Pirhing. *in jus Canon. lib.* 2. *tit.* 20. *sect.* 3. *§.* 5. *nu.* 159. & *seqq.* & Passerin. *Trib. Regul. qu.* 14. *art.* 4. *per tot.* ubi alias limitationes affert.

10. **ETIAM PER PROCLAMA**. In publicatione faciendâ Testamenti privati de quo agimus, interesse habentes si certi sunt, legitimo modo citari debent, ceteri verò incerti per proclama, ut docet Marant. *in prax. par.* 6. *de citat. numer.* 109. At non sunt citandi neque vocandi tanquam pars; seu tanquam rei pro introductione iudicii, aut contestatione litis, sed solummodò citatione generali, ut compareant quatenus sua putaverint interesse, & si compareant, tunc comparent tanquam auctores, & eorum comparitio dicitur voluntaria, & non necessaria, ut per doctrinam Baldi *in l. testamenta omnia Cod. de testam.* tenet idem Marant. *d. prax. part.* 4. *distinct.* 7. *num.* 62. Tondut. *de prævent. par.* 1. *cap.* 20. *num.* 15. Ideòque si opponerent, aut exciperent contra publicationem faciendam, eorum exceptiones essent reji-

ciendæ, & reservandæ ad iudicium ordinarium coram suo Iudice: neque à pronuncia publicationis daretur appellatio, Marant. *d. prax. p.* 6. *de appellat. nu.* 322.

11. **INTERESSE HABENTIBUS**. Regulariter loquendo, interesse habentes, sunt parentes, & liberi, qui dicuntur hæredes necessarii, & his deficientibus, ceteri consanguinei Testatoris in gradu ab intestato successibiles, qui habere possunt in hæreditate defuncti. His autem, An Testator, (si Pauperes sunt) teneatur in foro conscientie hæreditatem relinquere? Navar. *in manual. confes. cap.* 26. *nu.* 36. *circa finem*, dubio sic respondet -- Quod verò aliqui dicunt Testatorem, qui nec Parentes, nec liberos, qui sunt necessarii hæres, habet, teneri ad relinquenda bona Cognatis pauperibus, nisi mali, & indigni sint, limitandum est, ut intelligatur de Cognatis extreme egentibus, quibus nullus alius proximior Cognatus est, qui eos alere possit, & velit, quia nulla lex naturalis, Divina, vel humana ad plus de præcepto obligat &c. Et ratio est quia ubi non est debitum legale, non est, quod restituatur, & cui nihil juris est, nihil juris aufertur, quia privatio præsupponit habitum: est enim fortè debitum morale, & antidorale: maximè quando personæ propinquæ non sunt multum conjunctæ, quarum cura specialis nobis non imminet, & si magnam necessitatem non patiantur D. Thom. 2. 2. *part.* 1. *quæst.* 32. *art.* 9. *in resp. ad 1.*

12. Habere quoque interesse Camera Apostolica, si ageretur de Testamento Religiosi Apostatæ, & extra Claustra vagantis: quia bona omnia acquisita per Apostatas sive per illicitam negotiationem, sive per aliud exercitium, aut alio jure ipsis delata, pertinent ad Spolia favore dictæ Cameræ, vigore Constitut. Gregor. XIII. la 43. *Bullar. tom.* 2. dummodò tamen extra Religionem decedant; si enim ad illam reverterentur, cum sint vere Religiosi, bona acquisita bonis Religionis incorporari deberent, ut tradit Pasqualig. *addit. ad contr. Lauwet. de Fruct. par.* 1. *nu.* 1095.

13. Item

13. Item haberent interesse Hospitale five Domus Ospitalarium Sancti Spiritus in Saxia Urbis, & cætera Nosocomia hujus instituti, si ageretur de Testamento alicujus Professi ejusdem Ordinis: quia licet hujusmodi Religiosi sint capaces retinendi, administrandi, & etiam per actus inter vivos in pios, & religiosos usus convertendi fructus Beneficiorum Ordinis, ipsi collatorum, ut ostendi tam. 1. in Appendic. annot. ad Const. Urban. VIII. 267. num. 12. 13. & 14. pag. 292. nihilominus per actum ultimæ voluntatis de illis, ac aliis bonis, nec disponere, nec Testamentum condere possunt, quamvis licentia præceptoris, seu Commendatoris Domus intercederet, prout expressè prohibuit Sac. Congreg. Visitationis Apostolicæ sub die 19. Jan. 1696. Decreto 3. & approbavit Congreg. Particularis quinque Cardinalium in d. causa super eorum votis deputator die 25. Julii ejusd. anni.

Testamenti Episcopi pro Anima defuncti ab intestato.

FORMULA XVII.

SUMMARIUM.

- 1 Qui habet Indultum testandi omiſſa omni ſolemnitate, poteſt teſtare per ſimplicem ſchedulam abſque teſtibus.
- 2 Infirmi Hoſpitalium poſſunt liberè diſponere de rebus ſuis.
- 3 Conſuetudo condendi Teſtamentum per Episcopum pro anima defuncti ab in-teſtato, eſt ſervanda cum condi-tionibus præſcriptis à Sac. Congr. & offertur Decretum n. 5.
- 6 Terminus ad exequendam Episcopii diſpoſitionem pro anima defuncti debet eſſe congruus.
- 7 Commiſſarii Fabricæ S. Petri de Urbe non poſſunt ſe ingerere in executione legatorum piorum, ubi Episcopus prævenit, vel eſt executor ſpecialiter deputatus, & n. 8.
- 9 Teſtes de obitu alicujus poſſunt recipi, & examinari per Judicem ex officio.
- 10 Confeſſio facta in articulo mortis, an & quando probet oſtenditur.
- 11 Clericus decedens ab in-teſtato, ſine hærede, Episcopus erit hæres, non autem Fiſcus laicalis.

**H**Avendoci riferito N. Parocho della Chiesa N. di questa Città di N. che sotto li .... del corrente mese sia morto N. senza haver fatto Testamento, o altra disposizione a prò, & in suffraggio della propria Anima, e volendo noi secondo il lodevole costume, e consuetudine di questa nostra Diocesi supplire a questa mancanza, affinche l' Anima di detto defonto venga suffragata, & havendo ben considerato la qualità della persona, il valore dell' Eredità, sentito il di lui Erede ab intestato: invocato il nome del Signore Dio, disponiamo in nome di lui nel modo seguente.

Che N. Erede ab intestato, oltre le spese del funerale, sia tenuto, & obligato, si come noi l' obligamo erogare degl' effetti di detta Eredità scudi cento moneta nelle seguenti opere pie per suffragio dell' Anime di detto N. nel termine di giorni. . . . .

Per Messe basse da celebrarsi coll' elemosina manuale nelle Chiese da eleggersi da detto Erede . . . . .

Per elemosine di pane al Convento de' PP. N. . . . .

Per un Calice, Patena, e Pianeta di diversi colori alla Chiesa N. . . . .

Per provvedimento di biancherie all' Ospedale N. . . . .

E que-

E questo diciamo, e vogliamo, che sia il Testamento di d. N. defonto à favore di pia causa, c'habbia il suo pieno effetto, ed esecuzione come s'egli stesso di sua propria bocca havesse così ordinato, e disposto in ogni modo migliore.

## N. Vescovo N.

*Præsens testamentum fuit publicatum die ..... Mensis ..... anni ..... præsentibus N. N. & N. N. testibus, & die ..... fuit intimatum N. Heredi ab intestato relicta in ejus manibus copia, ut ex relatione Curforis de qua in actis.*

*Ita est N. Cancellarius Curie Episcop.*

### ADNOTATIONES.

1. **SENZA HAVER FATTO TESTAMENTO.** Qui habet indultum testandi à Papa cum clausula *omissa omni solemnitate*, si disponat per simplicem Schedulam absque testibus, non dicitur decessisse sine Testamento: nam Scheda hujusmodi stare loco validi testamenti etiam sine testibus, qua testes de jure gentium requiruntur pro forma probatoria, & sic cum cæteræ solemnitates requirantur de jure civili positivo, bene potuit Pontifex dispensare reducendo rem ad terminos juris naturæ: adeo ut sola veritatis naturalis probatio sufficiat: prout contingit in Indultis Cardinalium de quibus Card. de Luca *de testam. disc. 7. & 8.* fecus si indultum talem clausulam seu dispensationem non haberet quia tunc facultas testandi remaneret sub dispositione juris, & testes omnino adhibendi essent, ut distinguit Altogr. *conf. 15. n. 4. 10. & 27.* vel Testamentum esset conditum ante obtentam licentiam, quia tunc esset invalidum Ricc. *in prax. part. 3. ref. 302. n. 5.*

2. Si autem defunctus intestatus obiisset in aliquo Hospitali sive sæcularium, sive Regularium, puta PP. S. Jo. Dei adhuc Episcopus posset pro illius Anima testamentum condere: quia infirmi, qui ibidem detinentur, liberè disponere valent de rebus suis, & quatenus non disponant, hæreditas transit ad conjunctos, nisi constaret de contraria Consuetudine legitime præscripta, ut respondit *Sacr. Cong. Concilii*

*in Praghen. 8. Maii 1682. lib. 32. fol. 137.*

3. **SECONDO IL LODEVOLE COSTUME, E CONSUETUDINE.** Consuetudinem vigentem in aliquibus Regni Neapolitani Provinciis, condendi Testamentum ab Episcopis pro Animabus defunctorum ab intestato, fuisse olim, & usque sub die 7. Junii 1594. in una Nucerna Paganorum à Sac. Congreg. Episc. approbatam, jam constat, sequentibus tamen modificationibus. Primo che *si faccia con paterna discrezione considerando la qualità della persona, facoltà, famiglia, & esercizio.* Secondo, che gli Heredi medesimi eseguiscono la disposizione predetta, non usando la forza, se la mora non sarà colpevole. Terzo l'applicazione si faccia a quei luoghi, & usi pii, a quali verisimilmente il Defonto havesse maggior inclinazione, e devozione. Quarto che il Vescovo, à suoi Officiali in qualunque modo non ricevano alcuna cosa per tali disposizioni ne meno per ragione di quarta.

4. Verum quia lapsu temporis in concipiendis hujusmodi testamentis, abusu iterperant, & Episcopi illarum partium, præfatis conditionibus non servatis cum gravamine subditorum, facultate abutuntur, ad tollendos recursus, eadem Sac. Congregatio Papa jubente, Decreto generali omnibus Episcopis illius Regni (per Nuncium Apostolicum transmissio) conditiones per antiqua Decreta præscripta (sub pænis in eo contentis) in hunc qui sequitur modum, item servandas esse mandavit.

5. Die

5. Die 19. Augusti 1678. Napoli al Nunzio Apostolico Circa li Testamenti, ancorche da questa Congregazione de Vescovi, e Regolari sia stata più volte ammessa l'antica, e pia consuetudine introdotta in alcune Diocesi di fare il testamento ad pias causas, volgarmente chiamato il Testamento dell' Anima per quelli che muojono intestati, hà però sempre la medesima in occasione d'eccessività prescritte agli Ordinarii diverse forme, e condizioni: mà sentendosi di continuo nuove doglianze per diversi abusi, che seguono in tal materia, la Santità di N. S. in congiuntura di ricorso fatto alla medesima per la Diocesi di Frigento, hà riservato a questa Sacra Congregazione, che con particolare applicazione provveda sì in questa Diocesi, come nell'altre, onde à relazione del Sign. Cardinal Casanate per rimediare ad ogni abuso, questi Eminentiss. Signori Cardinali miei Colleghi reasumendo gli ordini altre volte dati, e le condizioni apposte in materia di detti Testamenti ad pias causas, & aggiungendovi le infraSCRITTE pene per l'osservanza più esatta di dette condizioni, mi hanno comandato di scrivere a V. S. che trasmetta copia autentica di questa lettera a tutti gl' Ordinarii soggetti a questa Nunziatura, essendo anche tale la mente di S. Beat. con l'approvazione della quale si è venuto alle risoluzioni seguenti.

E primieramente, per causa del pagamento di dette pie disposizioni, o Testamento dell' Anima, non si ritardi dagl' Ordinarii, o Parochi la sepoltura de Cadaveri, ancorche gl'Eredi del morto intestato espressamente contradicessero, mà prontamente detti Cadaveri si sepoliscano, senza aspettarli nè il pagamento, nè la promessa, a sicurezza di pagare, e ciò sotto pena della sospensione a Divinis da incorrerli ipso facto, riservata à questa Sac. Congregazione l'assoluzione, senz'altra sentenza o Decreto.

Secondo, che sotto la medesima pena di sospensione come sopra gli Ordinarii non prendano minima parte di dette

pie disposizioni o Testamenti dell' Anima, nè per se, nè per loro Curie, & Officiali, ancorche le pretendessero sotto titolo di Quarta Canonica, o della fabrica della Chiesa, mà tutto si spenda intieramente per suffragio dell' Anima del morto intestato in tante Messe, & opere pie in conformità della disposizione, che hà mostrato in vita l'istesso defonto intestato, Anzi ne anco prendono emolumento alcuno, per la sentenza o Decreto condannatoria, o assolutoria degli Eredi, tanto per l'Eredità de i morti intestati, quanto de i morti testati.

Terzo, che nel far detti Testamenti ad pias causas, si habbia riguardo dagl' Ordinarii con paterna discrezione a disporre di poca quantità, che non ecceda la vigesima parte del valore di tutta l'Eredità, detratti tutti i debiti Ereditarii; anzi non ecceda mai la somma di cento Scudi, o ducati, ancorche l'eredità arrivasse al valore di ventimilla scudi.

Quarto, che tutto si faccia col consiglio degli Eredi caritativamente, e con espressione di tante Messe, e tali opere pie.

Quinto, che per gl'intestabili, che muojono senza Patrimonio, non si esigga cosa veruna.

Sesto, che s'intendono gl' Ordinarii esser quelli nella Diocesi de quali muojono gl'intestati, non dove sono gli beni Ereditarii, o sono nati, o habitano gl'Eredi.

Settimo, che doveranno li medesimi Ordinarii dar tutte queste notizie à loro Parochi, accioche non sia mai luogo o scusa d'ignoranza, e resti puntualmente adempita la Santa mente di N. S. e delle EE. loro. Tanto dunque eseguisca &c.

6. **NEL TERMINE DI GIORNI...** Tempus prescribendum Hæredi ad exequendas Episcopi testantis ordinationes, debet correspondere qualitati, & naturæ operum piorum junctorum, quo commodè, & discretè adimpleri possint; ac inde etiam dignosci, an mora in exequendo fit culpabi-

pabilis nec nē, ad hoc ut Episcopus illum compellere valeat, juxtā unam ex conditionibus antiqui Decreti mox supra relati: Unde non tantum dies aliquot; sed, & plures menses assignandi erunt pro exequutione, si opus pium injunctum id exigat, & requirat.

7. Neque de horum piorum operum implemento cognoscunt Commissarii fabricæ S. Petri de Urbe: tum quia in causis in quibus Episcopi eos præveniunt, non possunt Officiales isti illas præripere, per ea quæ dixi in *Appendic. tom. i. annot. ad Const. Urb. VIII. de largit. muner. n. 19. & seqq. pag. 293.* & ita sentire respondit Sac. Congr. Concilii, in qua propositis Dubiis.

I. *An Commissarius R. Fabricæ S. Petri possit recognoscere, an sint adimplenda legata post visitationem Episcopi, cognito per eum fuisse executioni deman data.*

II. *An exhibitæ quietantia per eos, qui gravati sunt solvere legata pia, seu alia scriptura per quam probetur satisfactio coram Commissario Fabricæ, teneatur aliquid solvere pro exhibitione, seu Decreto quod Commissarius de sua voluntate vult interponere, ne amplius d. exhibens molestetur, nulla facta instantia per exhibentem?*

III. *An iidem Subditi teneantur pluries in anno, quoties requisiti sunt submittere se jurisdictioni prædictorum Commissariorum, vel semel in anno? Die 22. Junii 1624. prodiit resolutio sequens.*

Congr. Concilii quo

*Ad 1. visa est sentire, quotiescumque commissario legitime constiterit Episcopum exegisse rationes piorum legatorum, ac pronunsiasse onera fuisse adimplenda, nequaquam licere Commissario; sed nec pendente cognitione coram*

*Ordinario, qui in causa prævenit, præripere, ac sibi vindicare.*

*Ad 2. idem visa est sentire pro hujusmodi Decreto ab solutionis, ac liberationis nihil prorsus esse Commissario persolvendum.*

*Ad 3. inclinavit pluries in anno quando opus fuerit licere ratione exigere.*

*Verum de his censuit nihil esse decernendum nisi audita Congregatione Fabricæ lib. 44. decr. seu pof. pag. 320.*

8. Tum quia cum hic Episcopus non solum sit Executor à jure datus, verum etiam à consuetudine Diœcesis (quæ vim legis municipalis habet) specialiter ad hoc electus reperitur, filere debet officium Commissariorum, nisi daretur suspina negligentia, aut malitia ejusdem Episcopi ad tradita per Pignat. *conf. 69. n. 1. tom. 6.* quo casu nihil prorsus pro se tribuere pro Fabrica retinere minimè possent, sed totum in suffragium Animæ Defuncti, ad formam dispositionis factæ ab Episcopo, applicare teneretur, juxtā præscripta in relato Decreto à Papa approbato.

9. *DEL DETTO N. DEFONTO.* Si defunctus extra locum domicilii decessisset, & de obitu per finem Parochiæ non constaret; nemoque alius de obitu Episcopo notitiam deferret, tunc orta fama, deberet ad instantiam Promotoris fiscalis, informationem capi mandare: quia testes super obitu alicujus, possunt recipi à Judice ex officio, etiam parte non audita, nec citata, Felin. *in cap. 1. ut lit. contest. §. porò quem refert, & sequitur Marant. in repetit. text. lib. 15. post ff. de acquir. hered. num. 182.*

10. *COME S' EGLI STESSO HAVESSE COSI ORDINATO.* Quid si defunctus, qui non condidit Testamentum, fecisset in articulo mortis aliquam confessionem pro exoneratione conscientie? an inquam probaret, & esset attendenda? Et videtur distinguendum: aut Defunctus falsus fuit

fuit depositum, pignus, debitum pro male ablati, vel contractum lesivum, aut usurarium, & tunc confessionem de æquitate probare, habere privilegium piæ causæ, & obligare hæredem, etiam si alia non concurrant adminicula, tenent Tondut. *quæst. benefic. tom. 1. cap. 108. num. 19. Rot. coram Coccin. decis. 2242. num. 19.* ubi quod talis confessio æquiparetur dispositioni factæ ad favorem Animæ, & causæ piæ: aut falsus fuit falsum in aliquo examine deposuisse, vel tanquam denunciator rei occultæ, seu impedimenti testificetur, & tunc contra tertium, si confessio aliunde non probetur nihil afficit, quia non cuilibet asserenti (licet agat in extremis) est fides præstanda, cum non omnis moriens justus credatur Graff. *lib. 5. consil. tit. de adulter. & stup. consil. 1. num. 23. 24. & 25. & decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 132. num. 34.* nisi concurrerent aliæ urgentes conjecturæ ex quibus Judex inducatur ad sic credendum, Vulpin. *succ. Farinac. part. 5. quæst. 46. num. 2. & trib. seqq.*

11. Si autem aliquis Presbyter absque Testamento, & absque hærede decederet, tunc Episcopus esset hæres, non autem Fiscus laicalis, ad effectum tamen disponendi juxta regulas canonicas, ut respondit Sac. Congreg. Immunit. in Burgi Sancti Donnini 26. *Augusti 1669. lib. 1. decis. Altov. pag. 390.* idest juxta præscriptum *Canon. Episcopus 23. præcipimus 24. & cap. res Ecclesiæ 26. 12. quæst. 1.* Nam licet Episcopi habeant Fiscum, Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. de bon. cleric. §. 14. num. 8.* non tamen ut sibi bona confiscata approprient, sed ut in usum Ecclesiæ, & pauperum distribuunt Bellet. *ibi. num. 2.* ubi concordantes.

Instructio Processus super cultu, fama Sanctitatis, & miraculorum Servi Dei coram Ordinario construendi.

FORMULA XVIII

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi in eorum Diocesi auctoritate ordinaria conficere possunt Processus super virtutibus, & miraculis Servorum Dei.
- 2 Datur instructio pro compilatione processus usque ad num. 20.
- 3 Referuntur Decreta servanda in fabricatione Processum Servorum Dei, usque ad num. 42.
- 4 Christus habuit testes de vera humanitate, vera Divinitate, vera passione, vera resurrectione.

1. Archiepiscopi, & Episcopi in eorum Diocesis possunt auctoritate propria ordinaria conficere Processus super Vita, & miraculis illius de cujus Beatificatione, & Sanctificatione agitur, vel alteri committere vices suas, servatis tamen, ad hoc ut sint relevantes, quæ præscribuntur in Decretis generalibus Urbani Octavi, ac aliis Sac. Congregat. Rituum inferius dandis Contelor. *de Canoniz. Sanctor. cap. 25. num. 1. & per tot.* Unde poterit dirigi Processus hoc modo videlicet.

2. Compareat in primis coram Episcopo Procurator legitimus, habens ad hunc effectum speciale Mandatum Procuræ illius, qui Postulatoris figuram facit, ac mediante supplici libello instet ad constructionem Processus deveniri: Episcopus valens de per se negotium peragere, prout exoptant litteræ circulares in dictis Decretis generalibus insertæ sub pag. 77. annuere poterit instanti, & propterea deputare Promotorem Fiscalem, qui semper in quolibet actu citari debet; eliget Notarium Apostolicum, qui acta conscribat,

bat, & Curforem, seu Cursores, qui Citationes, intimationes, aut monitoria exequantur: destinabit locum Sacrum locum loci pro Testium juramentis, & depositionibus recipiendis, ac pro aliis peragendis reservata facultate variandi; destinabit dies, & horas Audientiarum, & tandem mandabit pro die, & hora sibi bene visa, citari dictum Promotorem Fiscalem, ad dicendum contra hujusmodi suum rescriptum, seu Decretum, & ad videndum per ipsum Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum, & alios ut supra deputatos, juramentum praestari, nec non ad illud simili modo praestandum juxta formam Decretorum novissimorum; Et de hoc primo actu prorsus extrajudiciali celebrabit Instrumentum per aliquem Notarium eidem Episcopo benevisum, qui deinde illum prout infra consignare debet Notario Deputato.

3. Si vero Episcopus fuerit impeditus, Processum committere poterit ejus Vicario Generali, sive alteri Personae idoneae in Ecclesiastica Dignitate constitutae adjungendo illi duos alios Conjudices ad formam praedictarum litterarum circularium.

4. Adveniente vero die, & hora supradictae citationis, & omnibus in loco destinatio comparentibus, Procurator citationem reproducendo, Decretum, sive rescriptum producet, ac instabit pro dicti processus Constructione. Tunc primo loco Episcopus iterum se offerendo promptum ad ulteriora procedere, jurabit de fideliter suo munere complendo, ac de secretum servando juxta formulam traditam *tom. 1. tit. 7. form. XI.* subindeque mandabit simili modo jurari per promotorem, & Notarium Deputatum, nec non etiam per Cursores, (& quoad istos duntaxat de fideliter exercendo eorum munus) & unusquisque tale Juramentum praestabit.

5. Postmodum Promotor protestabitur adversus instantiam Procuratoris nihil fieri, nisi eo in quolibet actu citato, Jurato de calumnia, servatisque tum de Jure, tum juxta dispositionem Decretorum generalium, & novissimorum Sac. Congreg. Rit. servandis. Et illico Episcopus

declarabit se Judicem competentem, mandabit ad ulteriora procedi, & injunget Procuratori, ut juret de calumnia (qui statim jurabit), & mandabit antedicto primo Notario, quod aliud instrumentum publicum de hoc etiam secundo actu faciat, ac utrumque deinde consignet Notario deputato, & de consignatione ipsa statim facienda fides apparebit. Et tali methodo procedi quoque poterit mutatis mutandis, etiam in casu delegationis ut supra.

6. Fiet deinde pro alio die, & hora citatio ad dicendum contra jura, & in illius termino fiet reproductio duorum praecedentium actorum, nec non productio mandati Procuratoris, litterarumque patentium, sive Privilegiorum Promotoratus D. Promotoris deputati, & respectivè Notariatus Apostolici Electi. (At si procedatur per viam delegationis ut supra, litterarum quoque Patentium, & Privilegiorum probantium qualitates tum Judicis Delegati, tum Adjutorum) Promotor autem faciet suam consuetam protestationem, quae nunquam praetermitti debet in quolibet actu, & per Judicem seu Judices, fiet consuetum Decretum admissionis.

7. Pro altera vero die, & hora cum solita citatione, Promotorisque protestatione fiat productio Articulorum, super quibus erunt examinandi Testes, ac eorundem Testium inductio: Advertendo quod in protestatione Promotoris addatur, quod ad examen non deveniatur, nisi dato sibi congruo termino ad conficiendum Interrogatoria, & nisi cum interventu sui: Atque Judex, seu Judices Articulos admittet, seu admittent, mandabit sive mandabunt citari Testes ad jurandum, & praefiget, seu praefigent terminum addandum Interrogatoria.

8. Articulabitur primo loco Sanctitas Vitae dict. N. successivè fama Sanctitatis, Virtutum, & miraculorum, Populorum devotio, & cultus per tempus antiquum, distinguendo unam specialem ab altera, per distinctos Articulos.

9. Pro-

9. Pro altera die citabitur Promotor ad videndum jurare Testes, & ad illos successivè videndum examinari pro diebus, & horis, intimandis, ac infimul citabuntur ipsi Testes inducti ad se subjiciendum examini: Et adveniente die Procurator instabit pro delatione juramenti, Promotor faciet suam solitam protestationem, ac D. Judex, seu Judices decernet, seu decernent Testibus juramentum deferri, & eos examinari ut supra; & in executionem hujus Decreti, Testes unus post alium jurabunt juxta formam datam *tom. 1. tit. 7. form. XII.*

10. Post hæc deveniendum erit ad eorumdem Testium examen, prævia semper intimatione Promotoris, & cum illius interventu ac præsentia, sub diebus, & horis, ac in loco, & loco loci destinatis. Promotor autem ante primam sessionem producet Interrogatoria clausa, & sigillata cum protestatione, quod non apperiantur, nisi in actu examinis, & quod in fine cujuslibet sessionis una cum depositionibus receptis claudantur, & ita practicabitur usque ad finem examinis Testium inducendorum, ita ut semper intercedat intimatio Promotoris, ejus protestatio, & præsentia, in qualibet sessione appareat de aperitione Interrogatoriorum, & processus: iteretur Testi juramentum: quilibet examinatur prius super Interrogatoriis, & deinde super Articulis. In fine cujuslibet sessionis Testis se subscribat, ac post eum Judex seu Judices, Promotor, & Notarius, ita continuabitur usque ad finem.

11. Concluso autem examine Testium pro parte Procuratoris Causæ inductorum, examinabantur ex Officio saltem alii duo Testes, juxta præscriptum in Decretis novissimis Sac. Congregat. Rituum de quibus infra, eisdem methodo, & ordine præmissis recipiendis.

12. Post conclusionem Processus examinis Testium, deveniri poterit ad compulsionem, & extractionem scripturarum, librorum, inscriptionum, Historiarum, & partitarum ad causam facien-

tium, prout monui in *annot. ad Form. Edicti de Imagin. & sac. rev. vener. n. 6.* observando quod hujusmodi compulsionem, & extractionem fiant semper præviis citationibus, Decretis, & monitoriis contra Archivistas, & cæteros Scripturas compulandas custodientes horis destinatis, cum accessu formali Judicum, & interventu Promotoris, cum diligenti descriptione Archivi, loci, & libri, ex quibus facienda est extractio, & compulsatio.

13. Et quatenus scripturæ, documenta, libri, & Imagines, characteres sint antiqua, adhibeantur etiam in eodem actu extractionis Periti, quæ præviis debitis citationibus, Decretis, juramentis, aliisque solemnitatibus, juxta eorum peritiam recognoscant, describant, & referant: de quorum Peritorum qualitate, debet in processu apparere justificatio, vel per testes, vel per aliud opportunum documentum.

14. Erit deinde præviis citationibus, & Decretis, ac cum interventu supradictorum facienda visitatio Sepulchri in quo conditum est Corpus Beatificandi: ac Imagines illius fortè in aliquo loco expositæ, vel adsunt ejus Reliquiæ, vel Tabellæ, & diligenter omnia exactè describentur, adhibitis prout qualitas negotii, & rei exegerit Testibus, vel peritis, & in processu redigantur.

15. His peractis, si videbitur ex Processu jam constructo resultare probationem cultus immemorabilis plenam, tunc servatis terminis substantialibus, & facta omnium actorum reproductione, poterit à D. Judice, sive Judicibus ad Sententiæ prolationem deveniri, in qua declarandum erit constare de cultu ab immemorabili præstito Beato N. & casu excepto in Decretis SS. Inquisitionis, ac propterea eis non fuisse contraventum.

16. Si verò agatur de aliquo servo Dei recenter defuncto, qui cultum publicum non habeat; sed de ejus vitæ Sanctitate, virtutibus, & Miraculis inquiretur juxta formam præscriptam in litteris circularibus (de quibus infra),  
tunc



tunc completo Processu, construendus erit alius processus sejunctum super non cultu Servi Dei: examinatisque testibus ser. ser. ut supra, & facta per Judicem, seu Judices Visitationes Sepulchri prævia intimatione Promotori, ac in faciem loci examinatis aliis testibus tum à postulatore inductis, tum ex Officio receptis, constitoque ad illius Sepulchrum, non adfuisse, neque adesse Tabellas, seu Immagines, sive ex quavis materia factas, neque lampades, sive alia quæcunque lumina, neque alibi ejus Immagines cum Diademate, laureolis, aliisque signis cultum, & venerationem præferentibus: tunc ser. ser. ut supra pronuntiandum erit à Judice, seu Judicibus, non fuisse, nec esse contraven-tum ad Decretis, imò partium, & satisfactum.

17. Lata Sententia Procurator Causæ instabit pro transumptione Processus petendo, ut ad hunc effectum eligatur Scriptor, qui illum, seu illos transcribat, & præmissa citatione Promotoris, Judex, seu Judices decernet, seu decernent transumptati, & postea eligent Scriptorem, qui antequam ei consignetur Processus ad transcribendum, citato, & præsentate Promotore jurare debet, tam de fideliter explendo munere suo, quàm etiam de servando secretum: postea citato pariter Promotore, & prævio Decreto eidem Scriptori consignabitur, seu consignabuntur processus ad transcribendum.

18. Transumptione verò finita, prævia itidem citatione Promotoris, decernenda erit ejusdem transumpti collatio, & auscultatio cum originali. Ad hunc effectum citato iterum Promotore per Decretum erit deputandus alius Notarius, qui cum Notario Causæ collationem, & auscultationem faciat, & decernendus erit locus, dies, & hora pro ea peragenda, & deinde exacto prius modo, quo supra etiam ab isto Notario juramento de fideliter explendo munere suo, & secretum servando, dicto Promotore citato, & assistente, coram ipsi Judice seu Judicibus in loco diebus, & horis destinatis fiet, & per-

ficietur collatio, & auscultatio: qua perfecta, citato denuò Promotore, Judex seu Judices Decreto Declarabunt ritè, & rectè factam & hoc etiam restabuntur in eodem processu iidem Notarii.

19. Ultimo loco Procurator Causæ instabit destinari Portitorem, qui processum ipsum seu Processus sic transumptatum seu transumptatos ad Urbem, & ad Sac. Congregat. clausum, & sigillatum seu sigillatos deferat, & prævia citatione Promotoris destinato, recipitur ab eodem Juramento de fideliter explendo munus suum, & deinde subscripto Processu à Judice sive Judicibus, Promotore, & Notario, eoque debita legalitate munito, claudatur, & obtinetur sigillis eorundem, ac Portitoris per actum publicum desuper involucre celebrandum, & consignetur, ut ad Sac. Congreg. deferatur. Quo mediante Processu introducetur causa, & successive examinabitur in ead. Congregatione validitas, & justitia sententiæ Ordinarii super cultu immemorabili: vel super relevantia probationum famæ Sanctitatis Servi Dei.

20. Hæc accipe pro regula, & Intro- ductione generica: si autem cupias magis specificam illam habere, consulas *Mat. de-canoniz. sanctior. part. 3. cap. 5. per va.* ubi inveniuntur formulas citationum, Articulorum, visitationum locorum, descriptionem Sepulchri, & Sententiarum per extensum: ego enim hic Amanuentis personam non assumo.

## DECRETA

Sanctissimæ Inquisitionis edita sub die 13. Martii, & 2. Octobris 1625. pag. 2. 3. 4. 5. & 6.

21. **C**UM Sanctiss. D. N. D. Urbanus Divina Providentia Papa VIII. die 13. Martii 1625. Decretum ediderit infra scripti tenoris, videlicet.

San-

Sanctissim. D. N. sollicitè animad-  
 vertens abusus, qui irreperunt, & quo-  
 tidie irreperere non cessant in colendis  
 quibusdam cum Sanctitatis, aut Mar-  
 tyrii fama, vel opinione defunctis,  
 qui etsi neque Canonizationis, ne-  
 que Beatificationis honore insigniti  
 sint ab Apostolica Sede, eorum ta-  
 men Imagines in Oratoriis atque Ec-  
 clesiis aliisque locis publicis, ac etiam  
 privatis, cum laureolis, aut radiis,  
 seu splendoribus, proponuntur mi-  
 racula, & revelationes aliaque be-  
 neficia à Deo per eorum interces-  
 siones accepta, in libris rerum ab  
 ipsis gestarum enarrantur, & ad il-  
 lorum Sepulcra, Tabellæ, Imagi-  
 nes, & res aliæ ad beneficia acce-  
 pta testificanda, & lampades, & alia  
 lumina apponuntur. Volensque prò-  
 inde hujusmodi abusus pro debito  
 Officii pastoralis occurrere, re etiam  
 cum Illustriss. & Reverendiss. DD.  
 Cardinalibus contra hæreticam pra-  
 vitatem in Universa Republica Chri-  
 stiana Generalibus Inquisitoribus,  
 communicata, & maturè conside-  
 rata, ac discussa, declaravit, sta-  
 tuit, & decrevit, ne quorumvis ho-  
 minum cum Sanctitatis, seu Martyrii  
 fama (Quantuncumque illa sit) defun-  
 ctorum Imagines, aliaque prædicta,  
 & quodcumque aliud, venerationem,  
 & cultum præferens, & indicans in  
 Oratoriis, aut locis publicis, seu priva-  
 tis, vel Ecclesiis tam Sæcularibus,  
 quam Regularibus cujuscumque Reli-  
 gionis, Ordinis, Instituti, Congrega-  
 tionis, aut Societatis apponantur,  
 antequam ab Apostolica Sede canoni-  
 zentur, aut Beati declarentur, & (si  
 quæ appositæ sunt) amoveantur, pro-  
 ut eas statim amoveri mandavit.

22. Ac pariter imprimi de cætero  
 inhibuit libros, eorumdem hominum,  
 qui Sanctitatis, sive Martyrii fama,  
 vel opinione (ut præfertur) celebres è  
 vita migraverint, gesta miracula vel re-  
 velationes, seu quæcumque beneficia,  
 tanquam eorum intercessionibus à Deo  
 accepta continentes, sine recognitione,  
 atque approbatione Ordinarii, qui in

Monacelli Form. Pars II.

iis recognoscendis, Theologos, alios-  
 que pios, ac doctos Viros in consilium  
 adhibeat, & ne deinde fraus, aut er-  
 ror, aut aliquid novum, ac inordina-  
 tum in re tam gravi committatur, ne-  
 gotium instructum ad Sedem Apostoli-  
 cam transmittat, ejusque responsum ex-  
 pectet, Revelationes verò, & miracu-  
 la, aliaque beneficia supradicta, quæ in  
 libris horum hominum vitam, & gesta  
 continentibus, hætenus sine recognitio-  
 ne, atque approbatione hujusmodi im-  
 pressa sunt, nullo modo approbato cen-  
 seri vult, mandatque sua Sanctitas.

23. Ad horum hominum Sepulchra  
 vetuit etiam, ac innibuit, tabellas, at-  
 que Imagines ex cera, aut argento,  
 seu ex alia quacunque materia, tam pi-  
 ctas, quàm fictas, atque exculptas ap-  
 pendi seu affigi, & lampades, sive alia  
 quæcumque lumina accendi sine recogni-  
 tione ab Ordinario omninò prout supra  
 facienda, Sedique Apostolicæ referenda,  
 ac probanda.

24. Declarans quod per suprascripta  
 præjudicare in aliquo non vult, ne-  
 que intendit iis, qui aut per commu-  
 nem Ecclesiæ consensum, vel immemo-  
 rabilem temporis cursum, aut per Pa-  
 trum, Virorumque Sanctorum scripta,  
 vel longissimi temporis scientia, ac to-  
 lerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordina-  
 rii coluntur.

25. Ut autem præmissa diligen-  
 tius observentur, Universis, & sin-  
 gulis, tam Ordinariis, quàm hære-  
 ticæ pravitate Inquisitoribus districtè  
 præcipit, ut in sua quisque Diœcesi,  
 vel Provincia sedulò pervigilet, nè si-  
 ne approbationibus prædictis, Imagi-  
 nes cum memoratis signis exponan-  
 tur, aut miracula, revelationes, ac  
 beneficia prædicta publicentur, alia-  
 ve contra superioris disposita fiant.  
 Transgressores verò, si Regulares fue-  
 rint privationis suorum Officiorum,  
 ac vocis activæ, & passivæ, nec non,  
 & suspensionis à Divinis: Si verò  
 Clerici Sæculares, privationis pari-  
 ter suorum Officiorum, suspensio-  
 nis à Divinis, & ab administra-  
 tione Sacramentorum, executioneque

S

fuo-

suorum Ordinum respectivè, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis plectendo. Qui autem libros imprefferint, aut Imagines pinxerint, sculperint, seu quoquo modo effinxerint, vel formaverint, cæterique Artifices circa præmissa qualitercunque delinquentes prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque etiam corporalibus pœnis, juxtà criminis gravitatem, eorundem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Contrariis quibuscumque non obstantibus &c.

26. Postmodum verò idem Sanctiss. D. N. à quibusdam revocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in posterum offerri contigerit recipere, & antea oblatas conservare liceret, Sanctitas sua, quæ tantummodo voluit occurrendo abusibus, qui irrepere videbantur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum Sanctimoniam Divinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare; re prius cum Illustrissim. & Reverendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus communicata præfenti Decreto declaravit. Quod sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum hujusmodi, itaut nulli deinceps hæsitatio ni locus relinquatur statuit, in præsentiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum Sæcularem, seu Regularem Tabellas, & Imagines, aliudve simile quispiam detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non ascriptorum, quamvis cum Martyrii, vel Sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse dixerit, liceat Ecclesiasticis personis Ecclesiarum, locorumve prædictorum Curæ Præpositis, Tabellas, & Imagines, sive pictas, sive ex quavis materia factas, atque alia quacunque collatæ gratiæ fidentia simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuerint attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo, seorsim ab

Ecclesia loco custodire, ibidemque jam amota collocare, & aservare, ut si quando Dominus talium Virorum merita Beaticificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit: extent hujusmodi Sanctitatis qualescumque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. Contrariis quibuscumque non obstantibus. ( Et sequitur publicatio. )

Alia

## DECRETA

Expedita per Breve 5. Julii 1634.  
pag. 7. 8. 9. & 10.

27. **U**Rbanus Papa VIII. &c. Cælestis Hierusalem Civis &c. ( & facta narratione, & insertione prædictorum præcedentium Decretorum, in dispositiva dicitur ) Demum verò, ut ejusmodi Decreta observentur indubie, ac omnimodam sortiuntur executionem, cum eisdem Cardinalibus re pariter communicata, deque eorundem consilio præmissis addidimus, statuimus, decrevimus, atque declaravimus, nè ex tunc deinceps quispiam Ordinariorum, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatorum super alicujus utriusque Sexus cum Sanctitatis, aut Martyrii fama, vel opinione defuncti miraculis, revelationibus, aliisve ejusmodi Sanctitatem redolen. ex integro informationes quoquo modo reciperet, aut processum instrueret, vel hucusque receptas informationes, instructumve processum ulterius prosequeretur, nisi postulator prius per legitimas juridicè susceptas probationes circa personam ejus de cujus miraculis revelationibus, aliisve rebus gestis Sanctitatem præferentibus ageretur, præscriptam in præfato nostro Decreto formam omninò servatam extitisse docuerit, & nisi postea successivè idem Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc spe-

Alia

## DECRETA

Pag. 17. 18. 19. 20. &amp; 21.

specialiter delegatus diligenti præhabita disquisitione circa eandem personam *Supracitato Decreto nullatenus contrarium esse, ritè pronunciauerit*, utque id inuolabiler obseruetur, statuimus insuper, ac decreuimus nè transmissi ad Urbem undecunque huiusmodi processus à Congregationis Sac. Rituum Secretario, minusuè à Sanctæ Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, nisi prius in ipsa Sacrorum Rituum Congregatione, alio sejunctim oblato authentico processu, ex eo Ordinarium, aut ab Apostolica Sede specialiter delegatum, ritè ac rectè, ut præmittitur cognouisse, ac pronunciaffe prælibato Decreto nequaquam contrarium esse plenè constiterit, ac deinde à nobis judicialiter aperiendi eos processus facultas indulta fuisse. Insuper longissimum tempus, illiusque immemorabilem cursum de quo in prædicto Decreto, intelligi declarauimus: esse tempus centum annorum *metam excedens*, deque his, atque infra scriptis omnibus, quæ in his Decretis disposita, & ordinata sunt aliqua suboriens difficultate, Ordinariis locorum, & Delegatis Apostolicis quibuslibet, omnem omnino interpretandi facultatem adimimus, ut qua Sedem Apostolicam desuper consulerent, ab eaque responsum expectarent, mandauimus eisdem, & alias prout in Decretis desuper editis plenius continetur. Quare, &c. motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Decreta prædicta, cum omnibus, & singulis in eis contentis tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus. (Et sequuntur Decreta roborantia, & derogationes.)

28. **I** Magines eorum, qui cum Sanctitatis, seu Martyrii fama obierunt, non apponantur in Altari publico, vel privato, & multò minus cum Diademate, laureolis, aut radiis, seu splendoribus, vel alio quocunque modo uenerationem, & cultum præferente, & indicante. Hæ enim prohibentur apponi non solum in Altaribus prædictis, sed etiam in Oratoriis, vel Ecclesiis, aut locis publicis, seu privatis quibuscunque, antequam à Sede Apostolica Canonizentur, vel Beati declarentur.

29. Responsum, quod à Sede Apostolica in vim prædictorum Decretorum expectare debent Ordinarii locorum, ut imprimi possint libri continentes gesta, miracula, seu reuelationes eorum, qui cum prædicta fama Sanctitatis, seu Martyrii decesserunt, non detur, nisi cum infra scriptis protestationibus, in dictis libris, & historiis inferendis. Declarando etiam expressè, quod tales libri, seu historiæ, licet ab Ordinariis reuissæ, & post Sedis Apostolicæ responsum approbatæ, non faciant maiorem gradum probationis in ordine ad Canonizationem, seu Beatificationem, quam quæ alias absque tali approbatione de jure fecissent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu.

Protestatio Auctoris in principio libri imprimenda.

„ 30. **C**UM San. Memor. Urbanus  
 „ VIII. die 13. Martii 1625. in  
 „ Sac. Congregation. Sanctæ Rom. &  
 „ Universalis Inquisitionis Decretum  
 „ ediderit, idemque confirmauerit 5.  
 „ Julii anno 1634. quo inhiuit impri-  
 „ mi libros hominum, qui Sanctitate,  
 S 2 „ seu

„ seu Martyrii fama celebres è vita mi-  
 „ graverunt, gesta, miracula, vel re-  
 „ velationes, seu quæcunque Beneficia,  
 „ tanquam eorum intercessionibus à Deo  
 „ accepta continentes sine recognitione,  
 „ atque approbatione Ordinarii, & quæ  
 „ hætenus sine ea impressa sunt, nullo  
 „ modo vult cenferi approbata, idem au-  
 „ tem Sanctiss. die 3. Junii 1631. ita ex-  
 „ plicaverit, ut nimirum non admittan-  
 „ tur Elogia Sancti, vel Beati absolute,  
 „ & quæ cadunt super persona, bene ta-  
 „ men ea, quæ cadunt supra mores, &  
 „ opinionem, cum protestatione in prin-  
 „ cipio, quod iis nulla adfit auctoritas ab  
 „ Ecclesia Romana, sed fides sit tantum  
 „ penes Auctorem. Huic Decreto ejus-  
 „ que confirmationi, & declarationi ob-  
 „ servantia, & reverentia, qua par est,  
 „ insistendo profiteor me haud alio sensu  
 „ quicquid in hoc libro refero, accipere,  
 „ aut accipi ab ullo velle, quam quo ea  
 „ solent, quæ humana dumtaxat aucto-  
 „ ritate, non autem Divina Catholicæ  
 „ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis  
 „ Apostolicæ nitantur, iis tantummodò  
 „ exceptis quos eadem Sancta Sedes  
 „ Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum  
 „ Catalogo adscripsit.

Sequens verò in fine  
Libri.

31. **L**ECTOR adverte in Elogiis  
 Virorum Illustrium, quos hoc  
 libro complexus sum nonnulla me obiter  
 attingere, quæ Sanctitatem ipsis videan-  
 tur adscribere, perstringo, nonnunquam  
 aliqua ab iis gesta, quæ cum vires huma-  
 nas superent, miracula videri possunt:  
 præfagia futurorum, Arcanorum manife-  
 stationes, revelationes, illustrationes, &  
 si quæ sunt alia hujusmodi: beneficia item  
 in miseros mortales eorum intercessione  
 divinitus; demùm nonnullis Sanctimo-  
 niæ, vel martyrii videor appellatione tri-  
 buere. Verùm hæc omnia ita meis le-  
 ctoribus propono, ut nolim ab illis accipi  
 tanquam ab Apostolica Sede examinata,  
 atque approbata, sed tanquam quæ à sola  
 suorum Auctorum fide pondus obtin-

neant, atque adeò non aliter, quam hu-  
 manam historiam. Proinde Apostolicum  
 Sacr. Congregationis S. R. & Univer-  
 salis Inquisitionis Decretum anno 1623.  
 editum, & anno 1634. confirmatum in-  
 tegrè, atque inviolatè, juxta declaratio-  
 nem ejusdem Decreti à san. mem. Urba-  
 no Octavo anno 1631. factam servari à  
 me omnes intelligant, nec velle me, vel  
 cultum, aut venerationem aliquam per  
 has meas narrationes ulli arrogare, vel  
 famam, & opinionem Sanctitatis, aut  
 Martyrii inducere, seu augere, nec quic-  
 quam ejus existimationi adjungere, nul-  
 lumque gradum facere ad futuram ali-  
 quando ullius Beatificationem, vel Ca-  
 nonizationem, aut miraculi comproba-  
 tionem, sed omnia in eo statu à me relin-  
 qui, quem seclusa hac mea lucubratione  
 obtinerent, non obstante quocunque lon-  
 gissimi temporis cursu hoc tam sancte  
 profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ  
 Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi  
 filius cupit, & ab ea in omni sua inter-  
 ceptione, & actione dirigi.

Ego N. N.

32. Particularis Processus cum sub-  
 sequenti pronuntiatione Ordinarii, seu  
 Apostolicæ Sedis Delegati, sicut præ-  
 cedere debet ex forma prædictorum De-  
 cretorum super cultu non adhibito, ita  
 etiam præcedere debet, & ab eisdem  
 respectivè faciendus est, quando aliquis  
 Postulator allegaret se versari in uno  
 ex casibus exceptuatis; nempe quod cul-  
 tus fuerit adhibitus ex Indulto Summo-  
 rum Pontificum, vel permissionis Sacræ  
 Congregationis, vel communem Eccle-  
 siæ consensum, vel per immemorabilem  
 temporis cursum, aut per Patrum, Viro-  
 rumque Sanctorum scripta, vel longissi-  
 mi temporis scientia, atque tolerantia  
 Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, ut sem-  
 præsupradictis Decretis.

33. Votivæ Tabellæ, Imagines, &  
 res aliæ beneficia accepta testificanda,  
 quæ in secreto retineri mandantur,  
 etiam

etiam in Sacrario custodiri permittuntur,  
secreto tamen, & eo modo quo cultum,  
& venerationem non præferant.

ALIUD  
DECRETUM

Pag. 57.

34 **C**UM in tota Ecclesiæ gubernatione nihil majus, nihil sit augustius Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, utpotè homines jam demortuos, etiam cum fama sanctitatis, ac miraculorum declarare pro Sanctis, eosque uti tales colens, & venerando decernere.

35 Sac. Rituum Congregat. ut hæc res planè amplissima, atque gravissima ritè, sanctèque conficiatur, prohibet omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quàm Regularibus etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Societatis Jesu, vel aliorum quantumvis nota dignorum, ne audeant, ipsi per se, aut per alios capere informationes super Sanctitate, aut miraculis alicujus Defuncti, neque ullo modo exquirere aut obtinere, ad hunc effectum extrajudiciales testificationes, aut subscriptione sub pœnis arbitrio Sac. Congreg. infligen. Quod si Superiori, Sacristæ, seu alteri officiali illius Ecclesiæ, in qua requiescit corpus ipsiusmet Defuncti, vel alterius etiam Ecclesiæ, fuerint revelata aliqua miracula, seu Prophetiæ dona, possint ea recipere sub sigillo secreti ab ipsis tantum relatoribus, in quorum gratiam contigisse narrabitur, teneantur tamen quamprimum commodè poterunt, eadem deferre, vel obsignata transmittere Episcopo loci cum expressa declaratione, quod revelationes sicut supra receptæ non faciant aliquem probationis gradum etiam cujusvis longissimi temporis cursu.

LITTERÆ

Pro Patriarchis, Archiepiscopis,  
& Episcopis pag. 58.

36 **A**D MODUM Illustr. & Reverendissime Domine. Cum quotidie magis notum fiat quanta sinceritate mentis, & maturitate cognitionis incipere, & prosequi deceat eorum causas, qui diem ultimum obiere, non sine aliqua populis relicta opinione Sanctitatis, & quam accuratè fideliterque in re tanti momenti adhiberi testes, & in examen vocari conveniat, Sac. Rituum Congregat. (facto prius verbo cum Sanctissimo) aliquis subrepat abusus, jussit amplitudinem tuam hæc peculiari Epistola fieri certiorrem de iis, quæ in adjuncto Decreto continentur, nempe ut curet ne in posterum ulla ex parte adversus illud à quopiam in tua Diœcesi aliquid committatur, sed ab omnibus omninò inviolabiliter observetur, & quando apud amplitudinem tuam ab aliquo petitum fuerit, ut velit inquirere in sanctitate vitæ, & miracula alicujus, qui cum prædicta fama obiisse, dicatur. Quoniam nimia plerumque proclivitas, atque celeritas occasionem errori præbet, non prius generaliter super vitæ Sanctitate inquire permittat, quam particulariter de alicujus virtutis eminenti gradu, aut peculiari aliquo miraculo, præcedat famæ comprobatio, prout prudentiæ tuæ magis expedire videbitur: Quod per te ipsum exequi Sac. Congreg. summo opere exoptat; sed si ob invaliditatem, sive ob legitimum aliud impedimentum id conficere non valebis, super quo conscientiam tuam onerat eadem Congregatio, poterit Amplitudo tua delegare Vicarium tuum Generalem, vel in Dignitate Ecclesiastica constitutum, qui delegatus, sive ille sit Vicarius sive cujuscunque dignitatis, cum aliis ad minus duobus doctis viris, altero scilicet Magistro in Theologia, altero verò graduato

duato, vel licentiatu in jure Canonico, rem totam ita peragere debeant, ut omnes sua nomina subnotent post subscriptionem cujuscunque testis, antequam discedant à loco ipsius examinis. Curabit insuper Amplitudo tua, ut testes omnes quæcunque habent, explanatè, & per extensum deponant, nec se referant ad attestations redditas, neque eis recitentur, quæ alias ipsi deposuerunt, postquam verò fuerint per Amplitudinem tuam, vel per alios à te ex causis supra narratis subrogatos acta completa secretò retineantur, præstito etiam juramento à Notariis, & testibus se nemini promulgaturos, quidquid ipsi scripserint, & respectivè deposuerint, vel de quibus interrogati fuerint. De his autem actis per te aut jussu tuo confectis certiore statim reddere debet Amplitudo tua Summum Pontificem, eaque quantò citiùs poterit authenticè transcripta, ac sigillo obfirmata ad Sac. Rituum Congregationem transmitti. Originalia verò eodem modo consignata, & in capsula clausa pluribus clavibus, quæ diversis ad arbitrium tuum custodiendæ traduntur, in Archivio Patriarchali conserventur. Notum tamen sit Amplitudini tuæ neque per hanc Epistolam, neque per aliquid in ea propositum voluisse Summum Pontificem neque Sacram Rituum Congregationem tribuere, aut augere jurisdictionem, seu facultatem, quæ alias Episcopis competere possent. Atque ut hæc litteræ nulla imposteriorum oblivione deleantur, sed semper in recordatione vigeant, & tua, & tuorum deinceps Successorum, dabit operam Amplitudo tua, ut ille quantò citius tam in Curia tua Patriarchali, quàm in Archivio Capitulari ad perpetuam rei memoriam afferentur. Vale. Datum Romæ 12. Martii 1631.

*Amplitudinis tuæ uti Frater &c.*

## DECRETA

Novissima 9. Julii & 6. Augusti 1678 emanata.  
pag. 3.

37. **P**RIMO. Animadvertens eadem Sac. Congregat. quod necessarium sit, ut Processus auctoritate Ordinaria fabricandi conficiantur cum maximâ diligentia, censuit mandari Ordinariis locorum, ut ultra testes inductos à Postulatoribus, teneantur ipsi quoque inquirere, ac examinare alios testes bene instructos super vita, & moribus servi Dei, & si aliquid repererint in contrarium, quod ipsi videatur relevans, supersedeant in ulteriori inquisitione, donec Sac. Congregatio ab eis certiorata per litteras mandet quid agendum sit.
38. Secundò. Hujusmodi diligentia servari vult etiam in Processibus auctoritate Apostolica faciendis à Judicibus Delegatis, quibus per litteras particulares Sac. Congreg. enixè commendari debeat, & idem faciat Promotor fidei in litteris scribendis Subpromotoribus.
39. Tertiò. Et pro majori cautela præscribi debeat in litteris remissorialibus, quod non solum Interrogatoria retineantur semper clausa, & sigillata cum sigillis eorundem Judicum, non aperienda nisi in actu examinis, & claudenda in fine, seu ulterius depositiones ipsæ antequam Processus sit absolutus, in fine cujuslibet sessionis claudi, & signari debeant cum Sigillis Judicum, nec possint aperiri, nisi in præsentia ipsorum in principio cujuslibet examinis, & sessionis, ac hujusmodi diligentia fieri debeant etiam in Processibus fabricandis in Curia, lidemque Judices prout etiam subpromotores, & Notarii, tam in partibus, quàm in Curia, ac Testes, & in Curia Prothonotarius, debeant ante inchoationem Processuum præstare juramentum de servando Secretum religiosè sub pœna Excommunicationis ipso facto in casum contraventionis incurrendæ,

sendæ, juxtâ formulâ ejusdem juramenti imprimendam in fine Decretorum, & pro omnimoda observantia transmittendam Judicibus Delegatis, &c. ( & omiſſis aliis, quæ ad Ordinarios non pertinent. )

40. Nonò. Cum in Decreto approbato à felic. rec. Urbano VIII. die 12. Martii 1631. impresso in libello pag. 57. Sac. Congregatio, cognoscens, quod in hac re, utpotè gravissima, ritè, Sancteque procedendum est, prohibuerit omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, quamvis speciali nota dignis, ne audeant per se, vel per alios capere informationes super sanctitate, aut miraculis alicujus, nec ullo modo exequire, aut obtinere, ad hunc effectum extrajudiciales testificationes, aut subscriptiones sub pœnis arbitrio ipsius Congregationis infligendis, illud confirmando jussit, quod hujusmodi extrajudiciales attestations non solum exquiri, aut obtineri non valeant, sed rursus quod hætenus obtentæ, sive in futurum obtinendæ, non faciant aliquem gradum probationis, nec inferi possint in Processibus, tam Ordinaria, quàm Apostolica Auctoritate: fabricandis.

41. Cætera alia Decreta fuerunt prætermiſſa: quia non pertinent ad instructionem Ordinarii: qui quoties in hac Processuum Constructione, non procedat jure Ordinario, sed Delegato Sac. Congregationis; tunc servare debet litteras remissoriales, & Commissionem,

in quibus plena datur forma, qua debeat se continere, & à quâ nec latum unguem discedere poterit.

42. Cæterum nil mirum si in fulcenda Virorum Sanctitate, tam nervosus vigor, & exacta forma probationum exigatur, dum & de Christo oportuit testimonium perhiberi, nempe, quòd fuerit in eo vera humanitas, vera Divinitas, vera passio, & vera resurrectio: Testis enim de sua vera Humanitate fuit *Sanctus Matthæus*, qui in principio sui Evangelii Christi genealogiam texuit, & ideo in figura hominis ponitur: Testis Divinitatis fuit *Sanctus Joannes*, qui elevans se super cælos, nativitatem ejus inenarrabilem mirabiliter in Evangelio descripsit, & ideo in specie Aquilæ figuratur: Testis de ejus passione fuit *Sanctus Lucas*, qui ejus narratione in Sanguinis copiosa in Horto effusione nobis præceteris Evangelistis manifestavit acerbior, & ideo in figura Vituli, qui Deo in Sacrificium offerebatur designatur. Testis de Resurrectione fuit *Sanctus Marcus*, qui ipsam eleganter conscripsit, & ideo in figura Leonis figuratur: sicuti enim Leo ad sui clamorem post tertium diem Leuculos ferè mortuos suscitavit ( ut ajunt qui de animalibus scripserunt ) sic Pater in Divinis filium suum post tertium diem suscitavit: Et quia Sanctus de hac suscitatione apertius agit, ideo ejus Evangelium in die Resurrectionis Christi in tota Ecclesia recitatur, prout observat Jo. Herlot. vulgò *Discipulus sermon. de Sanctis serm. 16.*